debent enim eſſe contemplatiui. De tybari dependē
bat a fronte lamina aurea ſignificans ſapienciam
vel figurauit ſignum crucis. quod fit in officio cō
firmationis. in qua ſcriptum erat nomen domini
tetragramaton. ideſt quatuor literarum. que ſunt
he. ioth. eth. ⁊ vau. ideſt principium vite paſſionis
iſte. prout dictum eſt in prohemio ſecunde partis.
ac ſi apercius diceretur. Ille cuius pontifex iſte ge
rit perſonam ſcilicet chriſtus eſt principiū ideſt au
tor vite paſſionis. ideſt vite reſtaurate. per paſſio-
nem. quia mortem noſtram moriendo deſtruxit. ⁊ vi
tam noſtram reſurgēdo reparauit. Erant autem hec
indumenta pro maiori parte contexta opere polimi
to ideſt vario ꝓpter varietatem virtutis. de quā di
cit pſalmigraphus. Aſtitit regina a dexteris tuis.
⁊c̄. ⁊ ex quatuor precioſis coloribꝰ ſcilicet purpu
ra cocco biſſo ⁊ iacincto. Per purpureā regie di-
gnitatis ſignificatur pontificalis poteſtas que via
regia debet incedere. ne declinat ad dexteram vel de
uiet ad ſiniſtrā ne liget dignos aūt ſoluet indignos
Per purpuram quoq; aqua ſignificatur quia in cō
chis marinis habitant vermes qui eam egerunt.
Per coccum coloris ignei ſignificatur pontificalis
doctrina que ſicut lucere debet ⁊ vrere propter qđ
et bis tinctus fuiſſe narratur. lucere quidem debet
per promiſſionem vt omnis qui reliquerit domum
patrem ⁊ matrem ⁊ cetera. centuplum accipiet ⁊ vi
tam eternam poſſidebit vrere debet per comminatio
nem vt omnis arbor qui non fecerit fructum bonū
excidetur ⁊ in ignem mittetur. Hinc eſt ꝙ ſummꝰ
pontifex cappa rubea exterius ſemper apparet indu-
tus cum interius ſit indutus candida veſte. quia in
terius candere debet per innocenciam et caritatem.
et exterius rubere per compaſſionem. vt videlicet
oſtendat ſe ſemper paratum ponere animam pro o
uibus ſuis. quia perſonam gerit illius qui pro oui-
bus vniuerſis rubrum fecit indumētum ſuum. Ex
conceſſione vero conſtantini imperatoris ferre po-
teſt clamidem purpuream atq; tunicam coccineā
⁊ omnia imperialia indumenta ſceptra ſigna ⁊ or-
namenta. Crux quocunq; ierit eum precedit. ad ſi-
gnificandum magis ei quam cuiq; alteri conueni-
re iuxta illud apoſtoli. Michi autem abſit gloriari
niſi in cruce domini noſtri ihesu chriſti. vt ſe crucifi
xū imitari debere cognoſcat Rurſus coccꝰ bis tin
ctꝰ in veſte pontificali ē caritas q̄ quaſi bis tingit-
dum dilectione dei ⁊ proximi coloratur. Per biſſuz
vero candoris eximij ſignificatur preclaritas fame
que debet eſſe retorta vt pontifex bonum habeat te
ſtimonium ſcđum apoſtolū. ⁊ ab his que foris ſūt
Per iacinctum qui eſt coloris aerij ſignificatur ſe
renitas conſciencie quā intra ſe pontifex debet ha
bere ſcđm ꝙ dicit apoſtolus. Gloria noſtra hec eſt
teſtimonium conſciencie noſtre.

Liber quartus de miſſa ⁊ ſingulis que in
miſſa aguntur.

Inter cuncta eccleſie ſacramenta illud conſtat eſſe
precipuum quod in miſſe officio ſupra menſā ſacra
tiſſimi celebrat̄ altaris. illud eccleſie repreſentans
conuiuium in quo filio reuertenti pater occidit vi-
tulum ſaginatum panem vite ⁊ vinuz quod miſcuit
ſapiencia ꝓponent. Hoc autem officium xp̄c inſti-
tuit cum nouum condidit teſtamentum diſponens
heredibus ſuis regnū ſuū ſicut pater ſuus ſibi di-
ſpoſuit. vt ſupra menſam eius edant ⁊ bibant in re-
gno quod eccleſia conſecrauit. Cenantibus eīn illis
accepit ihesus panem ⁊ gracias agēs benedixit ac
fregit deditq; diſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ cō
medite. hoc eſt corpus meum quod pro vobis tra-
detur. hoc facite in meam commemoratōnem. Hac
igitur inſtitutōe formati. ceperunt apoſtoli ſacroſan
ctum frequentare miſteriū. ꝓpter cauſam quā xp̄s
expſſerat. ⁊ formā ſeruātes in verbis. ⁊ materiam
tenentes in rebus. ſicut apl'us corinthijs ꝓteſtat̄
dicens. Ego accepi a dn̄o qđ ⁊ tradidi vobis. quo-
niam dominus ihesus in qua nocte tradebatur ac-
cepit panem ⁊c̄. Quia igitur miſſe officiuz ceteris
diuinis officijs dignius ⁊ ſolenniꝰ ē. ideo de ip̄o pri
uſq; de alijs officijs eſt in hac quarta p̄te dicend̄. In
qua aliquibus additis ⁊ detractis ſpeculum innoc̄.
pape. iij. pſequamur. Sane vt premiſſum eſt miſſam
inſtituit dn̄s ihesus ſacerdos. ſcđm ordinem melchi
ſedech. quando panem ⁊ vinum in corpus et ſangui
nem ſuum tranſmutauit dicens. hoc eſt corpus me
um. hic eſt ſanguis meus. ſubiungens. hoc facite
in meam commemorationem. Apoſtoli autem hāc
miſſam adauxerunt dicentes in miſſa non ſolum v̄
ba premiſſa verum etiam dominicam oratōnem ſup
addentes. Vnde beatus petrus ſic miſſam primꝰ di-
citur celebraſſe in ptibus orientalibus. vbi poſt do
mini paſſionē quatuor annis cathedrā tenuit ſacer
dotalem. Deinde vero accepit cathedraz antiochie.
vbi tres oratōnes ad miſſam adiecit. In primordio
ergo naſcentis eccleſie miſſa aliter dicebatur quaz
modo. ſicut in. vj. ſub ti. p̄te de paſceue dicetur. Se-
quenti vero tp̄e ep̄l'a tantum ⁊ euangelio recitatis
miſſa celebratur. Subſequent̄ Celeſtinus papa in-
ſtituit introitum ad miſſam cantari. ꝓut ſub introi
tu dicetur. Cetera diuerſis tp̄ibus ab apoſtolis ⁊ a
gelaſio. celeſtino. gregorio. ⁊ alijs diuerſis patribꝰ
leguntur adiecta ꝓut chriſtiane religionis cultu
creſcente. viſa ſunt decenciꝰ cōuenire. de hoc dicet̄
in prohemio ſcđe partis In canone legitur ꝙ iacob
frater dn̄i ep̄us iheroſolimitanus ⁊ baſilius epi-
ſcopus ceſarienſis addiderūt nobis in ſcripturis or
dinem celebrandi miſſam Item iſte iacob alphei di-
citur. primꝰ inter apoſtolos miſſam celebraſſe. Naz
ꝓpter excellenciam ſanctitatis eius apoſtoli huc ſi
bi fecerunt honorem. vt poſt dn̄i aſcenſionē primus
inter eos miſſam hieroſolomis celebraret. etiā pri
uſquā eſſet in ep̄m ordinatus. vel forte ideo dicitur
primus celebraſſe. quia primꝰ in pontificalibus eā
dixiſſe phibetur. Sic ⁊ petrus poſtmodum primus
in antiochia miſſam celebrauit. ⁊ marcus in alexā-
dria. Quidam autem pfidi heretici. reprehendunt
nos quia euangelia per pticulas lacerata in miſſa
legimus ⁊ quia primitiue miſſe vicē vltra dn̄icam
oratōnem aliquid ſuperaddimus. ſcriptū nanq; eſt
Si quis appoſuerit ad hec apponet ſuper illum deus

plagas ſcriptas in libro iſto· ⁊ quia ſupra nouum
teſtamētum· ⁊ ꝓcepta apoſtoloꝝ· alias inſtitutōes
⁊ nouam doctrinam doctorum inſtituimus ⁊ ſerua
mus cōtra illud quod xp̄c ait· Bene irritū feciſtis
mandatum dei vt veſtram ſeruetis traditōnem et
alibi· Omnis plantacio quam non plantauit pater
meus celeſtis eradicabitur· Et apoſtolus doctrinis
varijs ⁊ peregrinis nolite abduci· Itē fundamētū
aliud nemo pōt ponere ꝑter id qđ poſitū ē qđ ē xp̄s
Dicūt etiam ꝙ eccleſia xp̄i nec miſſam nec matuti
nas cantauit nec xp̄us· nec apl'i eā inſtituerūt nec
in tempore apl'oꝝ cantata fuit nec nomē miſſe tūc
in mundo audiebatur· nec ſcriptum inueniebatur· ſꝫ
id qđ miſſa repreſentat ab euāgeliſtis cena vocatꝰ
nec eccleſia in principio· nec apoſtoli cū muſicali or
gano nec alta nec dulci voce eam cantabant· repre
hendentes nos quia hec agimus ⁊ quia nocturnos
⁊ alias canonicas horas dicimus falſo cōtra nos i
ducentes illud amos ꝓphe· Conuertā feſtiuitates
veſtras in luctū ⁊ omnia cantica veſtra in planctū
⁊ illud ꝓpheticum· Audiunt ſermones tuos· ⁊ nō
faciunt eos· quia in canticum oris ſui vertunt eos·
⁊ auariciam ſequitur cor eoꝝ· ⁊ eſt illis quaſi car-
men muſicum qđ ſuaui dulciqꝫ ſono canitur· Illoꝝ
tñ error aptiſſime cōfutatꝰ ex his que in ꝓhemio· v·
ꝑtis dicentur· Rurſus in primitiua eccleſia diuina
miſteria hebraice celebrantur· ſed tempore adriani
primi imperatoris grece in orientali eccleſia xp̄ia-
noꝝ primo celebrari ceperunt· Porro miſſe officiū
tam ꝓuida repetitur ordinatōne diſpoſitum vt que
per chriſtū ⁊ in chriſtum ex quo de celo deſcendit
vſqꝫ dum in celum aſcendit geſta ſunt· magna ex ꝑ
te cōtineat· ⁊ ea tam verbis quā ſignis· ammirabi-
li quadam ſpecie repreſentat· Ipſum autem officiū
in quatuor cōſiſtit vicꝫ in perſonis· in operibꝰ· in v̄-
bis· ⁊ rebꝰ· Perſonarum tres ſūt ordines ſcꝫ cele-
brātes· miniſtrātes· ⁊ circūſtantes· Operum quoqꝫ
tres ſūt ſpecies· vicꝫ geſtus· actus· ⁊ motus· Ver
borum etiam tres ſunt diuerſitates· ſcꝫ orationes·
modulatōnes· ⁊ lectōnes· Rerum ſimiliter tres ſūt
maneries· ſcꝫ ornamenta· inſtrumenta· ⁊ elementa·
Siquidem hec omnia plena ſunt diuinis miſterijs·
ſicut in ꝓhemio libri dictū fuit· Sane olim templū
erat in duas partes interpoſito velo diuiſum pars
prior vocabatur ſancta interior vero ſancta ſancto
rum· Quicquid ergo in officio miſſe ante ſecretā
agitur quaſi in ede priori eſt· quod autem in ſecre-
ta agitur intra ſancta ſanctorum eſt· Erant igitur
intra ſancta ſanctorum ara incenſi· arca teſtamenti
tabula ſuper arcam ꝓut in prima parte ſub ti· de ec-
cleſia· ⁊ de altari dictum eſt Et in exodo· habetur vt
ſupra tabulam duo cherubin glorie· mutuo vultu
ſeſe reſpiciēcia· Huc intrabat ſolus pontifex ſemel
in anno habens nomina patrum in rationali· ⁊ ſup
humerale ſcripta ferens ſanguinem ⁊ carbones·
quos omnes cum timiamate in thuribulo orās po
nebat· donec fumus eum obumbraret· deinde tabu
lam ⁊ aram ſanguine aſpergebat· poſt exibat ad po
pulum ⁊ veſtes lauabat· non enim iudicabatur mū
dus ante veſperam poſt immolationem vituli ruſi·

hec olim ſigna fuerunt· ſed receſſerūt poſtquā ſi-
gnificata venerunt· Siquidem prior edes ſignifi-
cat preſentem eccleſiam ſancta ſanctorum celum·
pontifex chriſtum· ſanguis paſſionem· carbones ca
ritatem chriſti· thuribulum carnē ipſius· thus cre
matum preces odoriferat· ora cohortes celi· arca
chriſti humanitatem· tabula deum patrē· duo che
rubin duo teſtamēta· que ſeſe ad inuicē reſpiciunt
quia concordant· veſtis que lauatur hominem· ve-
ſpera hominis veſtem ſignificat· Conferas ergo q̄
olim fiebant ⁊ que chriſtus egit· ⁊ reſpice quomō
miniſter eccleſie illa in officio miſſe repreſentat et
agit· quid etiam hec ſignificent· ſub canone miſſe
in principijs cuiuſlibet particule illius tangetur·
Per arcā quoqꝫ chriſti humilitas intelligitꝰ· a qua
nobis per ipſius miſericordiam omne bonum adue-
nit· Et nota ꝙ ſicut in exodo· xxv· et xxxvij· legitur
Factum eſt ſuper arcam propiciatorium aureum id
eſt tabula aurea eiuſdem longitudinis ⁊ latitudi-
nis· cuius ⁊ arca· vt eam tegere ſufficeret ⁊ hoc di
cebatur oraculum· quia dominus de loco illo reſpon
ſa dabat orantibus· Dicebatur etiam propiciatori
um· quia ex illo [illegible] loquens dominus propiciaba
tur populo· vel quia die propiciacionis· dicebant
gloriam domini ſemper ibi deſcendere ⁊ inde taber-
naculum ſiue locus ſuper poſteriori parte altaris
collocatus· in quo chriſtus ꝓpiciatio noſtra· id eſt
hoſtia conſecrata ſeruatur hodie propiciatorium
nuncupatur· ex vtraqꝫ vero parte oraculi ſcilicet
in duobus angulis anterioribus poſiti ſūt duo che
rubin aurei· qui ſunt ſecundum ioſephum duo ani-
malia volatilia habencia figuram· que a nullo ho-
minum eſt inſpecta· hec dicit moyſes· ſe in dei ſede
conſpexiſſe figurata· Inde cherub alterum inſpici
ebat verſis tamen vultibus in propiciatorium· dua
buſqꝫ alis ex oppoſito expanſis· ⁊ mutuo ſe tangen
tibus velabant oraculum ſiue tegebant propiciato
rium· Siquidem per propiciatorium incarnatus do
minus figuratur· de quo iohannes· Ipſe eſt propi-
ciatio pro peccatis noſtris duo cherubin duo ſunt
teſtamenta· ſcilicet vetus ⁊ nouum· dum ergo illa
non diſcrepant· ſed miſterium incarnationis chriſti
concorditer narrant· illud prophetando iſtud aſſer
uando· in propiciatorium vultum ſue intencionis di
rigunt ⁊ ſe mutuo reſpiciūt· ¶ Rurſus tria ſunt ec
cleſie ſacrificia que in veteri teſtamento per propi-
ciatorium thuribulum· et altare ſignificata ſunt·
videlicet ſacrificiū penitencie· iuſticie· ⁊ eukariſtie·
De primo ſacrificium deo ſpiritus contribulatus
De ſecundo· tunc acceptabis ſacrificium iuſticie·
De tercio· tibi ſacrificabo hoſtiam laudis· ſuper al-
tare ſcilicet corporis caro mactatur per contricō-
nem inter thuribulū ſcilicet cordis thus adoletur
per deuocionē ad propiciatorium ſcilicet dei patris
ſanguis infertur pro redemptione· Hec quidē tria
ſacrificia ſacerdos offert in miſſa· primum in confeſ
ſione· ſecundum in prefatione· tercium in actione·
Nam hec tria ſunt que ſcđm ꝓphetam deus reſpi-
cit in homine ⁊ requiritur ab homine diligere miſe
ricordiā· facere iudiciū ⁊ ſollicite ābulare cum deo

Diligat ergo miſericordiam· qui vult offerre ſacri
ficium penitencie· faciet iudicium· qui vult offerre
ſacrificium iuſticie· cum deo ſollicitus ambulet·
qui vult offerre ſacrificium eukariſtie· hinc eſt ꝙ a
it beatus bernhardus· Fratres mei immolantes ho
ſtiam laudis iungamus· verbis ſenſum· ſenſui affe
ctum· affectui exultationem· exultationi maturi=
tatem· maturitati humilitatē· humilitati libertatem
Celebraturus ergo miſſam offerat altiſſimo ſacri=
ficium illud de quo pŝ ait· Sacrificium deo ſpūs cō
tribulatus ⁊ alibi imola deo ſacrificium laudis ⁊c̄·
Et apl'us· Exhibete michi corpora veſtra hoſtiā vi=
uentem ſanctā deo placentē vt ſit rōnabile obſequi
um veſtrū mortificātes in altare cordis mēbra ve=
ſtra que ſunt ſuper terram· vicꝫ in mundiciam libi=
dinē cōcupiſcenciam malā· ⁊ auariciā· quatenꝰ mū
do corde ⁊ caſto corpore ſacrificetis dn̄o voſmetip
ſos· In ſacramento autē corporis xp̄i ſcd̄m auguſ·
nil a bono magis nil a malo minus perficitur ſacer
dote· dūmodo ille cū ceteris i arca ꝯſiſtat· ⁊ formā
obſeruet traditā a colūba· quia nō in merito ſacer=
dotis ſed in verbo conficitur creatoris· Aurū em̄
eque verum eſt in arca furis ſicut in theſauro re=
gis· Unde caiphas pontifex perſecutor vnius ⁊ ve
riſſimi ſacerdotis quamuis ipſe verax nō eſſet / qd̄ de
dit tamen verum fuit ſi non ſuum dedit ſed dei ideſt
in forma eccleſie· Nō ergo ſacerdotis iniquitas im
pedit effectum ſacramenti ſicut nec medici infirmi=
tas virtutem impedit medicine· Quamuis igitur
opus operans aliquando ſit immundum· opus tn̄
operatum ſemper eſt mundum ſed ſicut omnia ſunt
munda mundis· ſic omnia ſunt immunda immūdis.
Malus ergo cum vitam accipit mortē incurrit· ſic
econtra bonus cum mortem ſuſtinet vitam acqui=
rit· Nam qui manducat indigne iudicium ſibi mān=
ducat· quid vero de talibus ait ꝓpheta· Maledicā
benedictionibus veſtris· ⁊ gregorius· Benedictio
eorum vertitur in maledictionem· ⁊ oratio in pec=
catum de preciſis ab eccleſia non tolleratis ſeu no=
torijs intelligitur· quorum benedictio quantum ad
ipſos maledictio reputatur· quoniam ſcd̄m augu=
ſtinum mali in quantum in eis eſt dicuntur ſacramē
ta polluere cum tamen illa permaneant impolluta·
ſunt enim bonis ad premium reprobis ad iudicum·
Unde auguſtinus ſpiritualis virtus ſacramenti vt
lux pura ab illuminandis excipitur ad ſalutem· ſed
per immundos miniſtros quaſi per canale tranſiēs
non coinquinatur· Arnaldiſte tamen perfidi here=
tici dicunt· nuſquam legi ꝙ immundis ⁊ luxurio=
ſis miniſtris chriſtus ſponſam ſuam eccleſiam tra
deret cuſtodiendam· vel poteſtatem ſacrorum mi=
niſteriorum peragere vel claues regni· vel poteſta
tem ligandi ⁊ ſoluendi· quia illi non ſoli vt ait gre=
gorius· ⁊ iuſti in hac carne poſiti poteſtatē habēt
ligandi atqꝫ ſoluendi ſicut apoſtoli qui vitam vel ſi
dem illorum cum eorum doctrina tenent· Unde vt
dicunt a talibus ſacramenta preſtita nec valent nec
proficiunt ad ſalutem· Legitur enim in libro nume
ri· quicquid tetigerit immundus immundum faciet
Et chriſtus non poteſt arbor mala fructꝰ bonos fa

cere· ⁊ dauid· peccatori autem dixit deꝰ quare tu
enarras iuſticias meas· ⁊ tu· a·t·m· per os tuum·
Et apoſtolꝰ Omnia mūda mundis coiquinatis aūt
⁊ infidelibus nichil eſt mundum· Et gregorius in
paſtorali libro primo· capitulo x· Dū is qui diſpli
cet ad intercedendum mittitur· irati animus ad de=
teriora prouocatur· Item ibidem tercio capitulo·
xij· Neceſſe eſt vt munda debeat eſſe manus que di
luere ſordes curat· ne tacta queqꝫ ipa ſordida dete=
rius inquinet· Celebratur autem miſſa hora tercia
ſexta ⁊ nona· In tercia quia ſcd̄m marcum· hora
illa chriſtus crucem aſcendit· ⁊ linguis iudeorum
crucifixus eſt clamācium crucifige· ⁊ quia illa ho
ra ſpiritusſanctꝰ ſuper apoſtolos in igneis linguis
deſcendit· In ſexta quia in illa hora ſcd̄m matheū
vere crucifixus· ⁊ imolatus eſt· et in nona· quia ho
ra illa in cruce pendens emiſit ſpiritū· Theleſpho=
rus papa ſtatuit vt miſſa ante horā terciam non di
catur quod de publicis ⁊ popularibus miſſis intel
ligendum eſt quia ſicut auguſtinus ait· Non debe=
ret in publico fieri· ne populus a publicis que hora
tercia dicuntur retrahatur· Cantatur autem diebꝰ
dominicis ⁊ feſtiuis hora tercia· In profeſtis hora
ſexta· In quadrageſima hora nona ⁊ etiam ex inſti=
tutōne pelagij pape· ⁊ aliorum in diebus ieiuniorꝫ
non tamen omnium· In ſabbatis vero ieiuniorum q̄
tuor temporum· ſero poteſt celebrari ꝓpter ordines
ſacros qui ad dominicam ſequentem pertinere no=
ſcuntur· Sed quia miſſa in ieiunio dici debet· ⁊ ideo
ne minus ieiunent· poſt veſperas inchoatur· ⁊ ſic
vſqꝫ ad noctem ieiunium ꝓtelatur de quo in ſexta
parte ſub ſabbato paſchali dicet̄· Quod vero miſ
ſa quandoqꝫ ſummo mane cantatur ex conſuetudi=
ne non ex ordine eſt· Leo tamen papa diluculo ſiue
prima diei parte ad miſſam intrabat· neſcio an neceſ
ſitate· an ratione· an ſola vſus apoſtolici poteſtate·
vel de peculiari miſſa intelligendum eſt· qui autem
neceſſitate preueniunt terciam aut offerunt poſt ſe
xtam· aut nonam diuino amore· ne videlicet eis di=
es abſqꝫ ſacrificio pretereat excuſari poſſunt cum
diſcipulis qui euellebant ſpicas in ſabbato· ⁊ cum
dauid qui cōmedebat panes propoſitionis vel quia
in miſſa fit memoria paſſionis mortis· ſepulture·
reſurrectionis· ⁊ aſcenſionis Ideo cantatur tot va
rijs horis· In tercia in memoriam paſſionis ⁊ aſcē
ſionis· Poſt ſextam in memoriam mortis· Poſt no
nam in memoriam ſepulture· In mane in memori=
am forte reſurrectionis· Aſſerunt etiam quidam
dominum in medietullio horarum crucifixum· et ide
o nunc hanc· nunc illam horam poſitam· Unde ec
cleſia inter vnam horam et alterā celebrat miſſā
In die autem natalis domini prima miſſa de nocte
cantatur· prout ſub ipſo feſto dicetur· Ceterum ſi
in quadrageſima occurrunt duo officia quos dies
duplices vocamus miſſa de feſto dicitur in tercia ⁊
abſqꝫ genu flectione· officium vero de ieiunio dici=
tur in nona ⁊ cum genuflectione· Tempore etiam
aduentus debet miſſa in sanctorū feſtiuitatibus ho
ra tercia celebrari· Vn̄ nullꝰ debꝫ eadē die plures
miſſas celebrare regulariter· quia chriſtus ſolus

paſſus fuit · ⁊ valde felix eſt qui etiam vnam digne
poteſt celebrare · nec poteſt quis duas miſſas cum
vno vel vnam cum duobus ſacrificiis celebrare ·
Sub vno tamen canone poſſunt plures hoſtie con=
ſici · Illam et preſbiter debet ſemper hoſtiam pro in=
firmis habere paratam · Poteſt quoqʒ ſacerdos
vnam miſſam cum ſacrificio · et aliam ſiccam cele=
brare · Miſſa ſicca dicitur · quoniam ſi ſacerdos non
poteſt conficere · quia forte iam celebrauit · vel ob
aliam cauſam poteſt accepta ſtola epiſtolam et euã
gelium legere · et dicere orationem dominicam et
dare benedictionem quinimo ſi ex deuotione non ex
ſuperſtitione velit totum officium miſſe ſine ſacri=
ficio dicere · accipiat omnes veſtes ſacerdotales et
miſſam ſuo ordine celebret vſqʒ ad finem offerẽ=
de dimittens ſecretam · que ad ſacrificium perti=
net · prefationem vero dicere poteſt · licet in ea vi
deantur angeli inuocari ad confectionem corpo=
ris et ſanguinis chriſti · de canone vero nichil dicat
ſed orationem dominicam non pretermittat · et que
ibi ſequuntur ſub ſilentio dicenda non dicat · cali=
cem vel hoſtiam non habeat · nec de hiis que ſuper
calicem ſeu eucariſtiam dicuntur · vel fiunt ali=
quid dicat vel faciat · poteſt etiam dicere · pax do=
mini ſit ſemper vo · ⁊c̃ · et exinde miſſe officium ſuo
ordine peragat · melius eſt tamen talia omittere ·
Verum quidam incipiunt miſſam de die celebran=
tes illam ſuo ordine vſqʒ ad offerendam · poſtea in
cipiunt aliam miſſam et eam cantant vſqʒ ad eun=
dem locum · et idem faciunt pluries ſi volunt · et
incepta miſſa viuorum incipiunt quandoqʒ miſſam
mortuorum eam proſequentes vſqʒ ad eundem lo=
cum · et exinde procedentes dicunt tot ſecretellas
quot miſſas inceperunt · ſemel tamen canonem di=
centes et conſecrantes · et in fine tot orationes di
cunt quot officia miſſe inceperunt · ſed hoc tanquã
deteſtabile reprobamus · Poteſt tamen ſacerdos
quandoqʒ plures miſſas vna die celebrare · Primo
in feſto natalis domini · ſicut in ſeptima parte ſub
illo feſto dicetur · Secundo vbi neceſſitas exigit ·
puta ſi quis moriatur · Concilium tamen cartha=
ginenſe dicit · ꝙ ſi epiſcopus vel alius poſt terci=
am obierit · cõmemoratio ſolis oratõnibus facien=
da eſt ſine miſſa · Tercio cauſa honeſtatis vt ſi aliq̃
magna perſona ſuperueniens velit miſſam audire ·
Quarto ſcḋm quoſdam cauſa vtilitatis puta prop
ter peregrinos · ꝓpter hoſpites · ꝓpter cõmeantes ·
ꝓpter infirmos · ꝓpter ſponſos · et ꝓpter raritatem
clericorum · et paupertatẽ eccleſiaꝝ · ſacerdotes ꝓ=
prios non habencium · Quinto vt dixit ſicardus e=
piſcopus cremonenſis · in mitrali · cum due feſtiuita
tes occurrunt · poſſunt etiam tres celebrari · tum qꝛ
hoc fit licite in natali tum quia chriſti paſſio triper
tita eſt · Paſſus eſt enĩ linguis inſultantiũ manibus
verberantium et clauis crucifigencium · Ipſe etiam ẽ
a patriarchis geſtibus imolatus a ꝓphetis verbis
ſacrificatus · a patre et a ſeipſo realiter oblatus ·
Sexto pari ratõe · ſi in die ieiunii occurrit aliquod
ſolenne feſtum · pŏteſt vnam de feſto et aliam de ie=
iunio celebrare · ſi alius preſbiter non aſſit · Legi=
tur etiam ꝙ leo papa ſepe ſepcies · et aliquando no
nies in eadem die miſſam celebrauit · Sacerdos ta=
men aliam miſſam in eadem die celebraturus in vl=
tima tantum miſſa perfuſionem ſumat · quoniam ſi
in prima ſumeret ieiunus non eſſet · et ſic alia miſſa
impediretur · alias autem quociens celebrat · tociẽs
corpus chriſti et etiam perfuſionẽ ſumat · Sed nun
quid pranſus conficit · Reſpondeo ſic licet hoc face
re non debeat · non enim ieiunium eſt de ſubſtantia
prout in canone innuit aug̃ · alias dominus non cõ=
feciſſet · magiſter tamen huguitio dicit contra · Sa
ne priſtis temporibus hereſibus pullulantibus et
trinitatem impugnãtibus ex inſtitutione ~~alicui~~ ma alchuini
giſtri caroli rogatu bonifacii archiepiſcopi magũ
tini ſtatuentis · Prima feria miſſa de trinitate dice=
batur · Secunda feria de ſapientia · Tercia feria de
ſpiritu ſancto · Quarta feria de caritate · Quita de
angelis · Sexta de cruce · Septima de beata virgine ·
Cauſa vero illa ceſſante illud ceſſauit · et dominica
li officio ordinato ſtatutum fuit vt prima feria ſu
um haberet officium · ſcilicet de trinitate · Secunda
de angelis quia tunc primo creati ſunt in bonis gra
tuitis · tunc enim lux diuiſa fuit a tenebris ideſt bo=
ni angeli a malis quia tunc ceciderunt mali · boni ve
ro confirmati ſunt · In prima vero feria creati fue=
runt angeli in bonis naturalibus · Cantatur eciam
in ſecunda feria pro defunctis vt illis adhibeamus
ſuffragia angelorum · et quia vt dicunt quidam · In
prima feria refrigerium · habent illi qui ſunt in pur
gatorio · Et ſtatim in ſecunda feria redeunt ad pe
nas et laborem quare vt eorum ſubueniatur labori
bus miſſa pro illis in ſecunda feria celebratur · In
tercia feria ꝓ peccatis · In quarta ꝓ pace · In quita
pro tribulatione · vel in tercia feria debet repeti in
troitus miſſe de dominica · Inſtitutum eciam fuit vt
in quarta feria ieiunaretur · et illa ſimiliter die debꝫ
miſſa de dominica dici niſi feſtiuitas impediat · In
quinta feria debet ſimiliter repeti officium dominice
introitus · epiſtola et euangelium · quia dies iouis
dicitur cognata dominice diei prout dicetur ſub ti ·
de acceſſi · ponti · ad al · In ſexta feria de cruce · Illa
enim dies appropriatur chriſto et cruci · quia ipſe in
ea mori et crucifigi voluit pro ſalute humani ge=
neris · In ſeptima feria de beata virgine quod inici=
um habuit quoniaʒ olim in quadam eccleſia ciuita
tis conſtantinopolis erat ymago beate virginis co
ram qua dependebat velum qḋ totam velabat yma
ginem · ſed hoc velum in ſexta feria poſt veſperas
recedebat ab imagine nullo mouente ſolo dei mira
culo · quaſi deferretur in celum · vt ad plenum poſ=
ſet ymago a populo proſpici · celebratis vero in ve=
ſperis in ſabbato deſcendebat ipſum velum ante e
andem yconam ſiue ymaginem et ibi manebat vſqʒ
ad ſextam feriam · Hoc viſo miraculo ſancitũ eſt ·
vt ſemper illa feria de beata virgine cantaretur ·
Alia eciam ratio eſt quia domino crucifixo et mor
tuo et diſcipulis fugientibus · et de reſurrectione
deſperantibus in ea ſola tota fides in ſabbato illo
remanſit · ſciebat enim quomodo portauerat eum ſi
ne labore et pepErat ſine dolore · et ideo certa erat ·

ꝙ filiꝰ dei eſſet ⁊ a mortuis die tercia reſurgere de
debat· Et hec eſt ratō quare dies ſabbati magis ꝙ̄ʒ
alia dies beate marie appropriatur· Tercia ratio ē
quia dies ſabbati eſt ianua ⁊ introitus ad domini=
cam diem ·Vnde cum ſumus in ſabbato· ſumus iux
ta dominicam diem ·dies autem dominica eſt dies
requiei ·⁊ ſignificat vitam eternam · Vnde cum ſu
mus in gracia domine noſtre ſumus quaſi in ianua
paradiſi·quia igitur ipſa eſt nobis porta ad regnū
celorum·quod per diem dominicam figuratur· Jdo
de illa ſolennizamus· in ſeptima feria que diem do=
minicam precedit· Quarto vt ſolennitas matris ſo
lennitati filij continuet̄ · Quinto vt feſtiuius aga=
tur in die in qua deus ab omni opere requieuit· No
tandum etiam eſt ꝙ in miſſe officio vbi chriſti paſ
ſio repreſentatur tribus linguarum generibus vti
mur· ſcilicet greca hebraica ·⁊ latina· ad ſignificā
dum ꝙ his tribus linguis ſcriptus eſt titulus
crucis chriſti ·iohannis decimonono ⁊ ad deſignan
dum ꝙ omnis lingua que per hanc triplicem intel
ligitur deum laudare ⁊ confiteri debet· quia domi=
nus noſter iheſus chriſtus in gloria eſt dei patris
Licet enim multa ſint genera linguarum iſte tamē
ſunt principales · hebrea propter legem ⁊ quia eſt
mater aliarum· greca propter ſapienciam ·latina p
pter nobilitatem ⁊ romani imperij dominum· ver=
ba latine ſunt epiſtole·euangelia ·orationes· ⁊ can
tus ·greca ſunt kyrieleiſon criſteleiſon et imas ·
hebraica ſunt alleluia· amen· ſabaoth· ⁊ oſanna ·
Vnde ⁊ in miſſa romani pontificis in precipuis ſo=
lennitatibus legitur euangelium ⁊ epiſtola non ſo
lum in latino ·verum etiam in greco· ad deſignan=
dum coniunctionem vtriuſqʒ populi ſub vna fide ſi
ue ꝙ eccleſia conſtat non ſolum ex latinis· verum
etiam ex grecis·⁊ vide in·vj·parte ſub ti·de paraſce
ue· Sed queritur vtrum ſacerdos minꝰ quam du
obus preſentibus debet celebrare miſſam ·Et vide=
tur ꝙ non· ſtatuit nanqʒ ſother papa· vt nullus miſ
ſarum ſolennia celebrare preſumat· niſi duobus p̄=
ſentibus ſibiqʒ reſpondentibus ipſe tercius habea=
tur· Cum enim ipſe preſbiter dicat dominus vobiſ=
cum ⁊ in ſecreta dicit ·orate pro me· conuenit vt
ipſius ſalutacioni a pluribus reſpondeatur · Verū
aliud eſt neceſſitatis articulꝰ in quo poteſt vno ſo
lo preſente celebrare ·⁊ aliud religionis contem=
ptus· Pie quoqʒ credendum eſt et ſacris auctorita
tibus comprobatur ꝙ angeli dei comites aſſiſtunt
orantibus· iuxta illud ꝓpheticum· In cōſpectu an=
gelorum pſallā tibi· Et angelus ad tobiam· Quan
do orabas cum lacrimis obtuli oratōnem tuam do=
mino ·ſed ⁊ in canone miſſe continet̄ · Supplices
te rogamus omnipōtens deus· iube hec perferri p
manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuuʒ Pre
terea quilibet homo habet ſuum proprium angelū
ad cuſtodiam · Vnde dominus in euangelio lo=
quens de paruulis ait· Angeli eorum ſemper vidēt
faciem patris· Hos igitur habemus in oratione p
ticipes· quos habebimus in glorificatione conſor=
tes · Solus tamen preſpiter non poteſt diuinum of
ficium abſqʒ miniſtri ſuffragio celebrare prout in

conſtitutionē allexandri cauetur · Canon quoqʒ
tholetanī concilij· ſtatuit vt vbi temporis vel loci
ſiue cleri copia ſuffragatur habeat quiſqʒ deo ſacri
ficans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem ·vt ſi ex a
liquo caſu ille qui ad officia impleturus accedit
turbatus vel ad terram illiſus fuerit a tergo ſem=
per habeat qui eius vicem intrepide aſſequatur ſi=
quidem copia temporis ſuffragatur· ſi non fuerit
guerra loci ·ſi eccleſia ſit diues cleri· ſi ſit ibi copia
clericorum · Generaliter autem dicendum eſt· ꝙ il
la eſt legittima miſſa· in qua ſunt· ſacerdos reſpon=
dens·offerens· atqʒ communicans· Sicut ipſa pre=
cum compoſicio euidenti ratione demonſtrat· Jn=
troitus ad chorum prophetarum reſpicit quomodo
ſcd̄m auguſtinum · Moyſes miniſter fuit veteris
teſtamenti· prophete miniſtri noui· kyrieleiſon· ad
eos reſpicit prophetas· qui circa domini aduentū
erant de quibus fuerunt zacharias et iohannes ba
ptiſta filius eius· Gloria in excelſis ad cetum reſpi
cit angelorum ·gaudium natiuitatis domini paſto=
ribus annunciancium · Prima collecta reſpicit ad
hoc quod dominus circa annum duodecimum age
bat· quando ſcilicet aſcendens hieroſolimam ſede=
bat inter doctores audiens ⁊ interrogans· Epiſto=
la ad iohannis predicationem pertinet· Reſponſori=
um et beniuolenciam apoſtolorum reſpicit ſcilicet
quomodo a domino vocati ſecuti ſunt eum · Alleluia
ia ad leticiam mentis eorum pertinet· quam habe=
bant de promiſſionibus eius vel de miraculis que p
eum vel per nomen eius fiebant· Euangelium reſpi
cit tempus a ſua predicatione vſqʒ ad predictum tē
pus Quod vero deinceps et in miſſe officio agitur
ad illud reſpicit tempus quod eſt a dominica quan=
do pueri obuiauerunt ei vſqʒ ad diem aſcēſionis eiꝰ
ſiue penthecoſtes · Oratio vero ſecrete vſqʒ nobis
quoqʒ peccatoribus ·deſignat illam orationem ꝙ̄ʒ
iheſus in monte· oliuete exercebat quod autem
poſtea agitur ſignificat tempus illud quo dominꝰ
in ſepulchro iacuit · Quando vero panis in vinum
mittitur ·animam dei ad corpus redire demonſtra
tur · ſalutatio ſequens ſignificat ſalutationes po=
ſtea diſcipulis a chriſto factas · Fractio oblate ſi=
gnificat fractionem panis factam a domino diſci=
pulis in emaus · Hec plenius in ſuis locis dicen=
tur · De miſſa pro mortuis et ipſorum officio in ſe
ptima parte dicetur Ad hoc miſſa non niſi in ſacra
tis deo locis· ideſt in tabernaculis diuinis precibus
a pontificibus delibutis · abſqʒ magna neceſſita=
te dici debet · Non ergo in prophanis domibus
abſqʒ epiſcopi licencia ·quia ſanctius eſt miſſam nō
cantare vel non audire quam in locis in quibus
hoc fieri non oportet · Vnde ſcriptum eſt· vide
ne offeras holocauſta tua in omni loco quem vi
deris ſed in omni loco quem elegerit dominus de
us tuus ·de hoc dicetur in prohemio quinte partis
Poteſt autem eſſe neceſſitas vt dicatur in naui vl̄
in exercitu ſub papilione ſiue ſub diuo ſi illud ha=
bere non poſſit · ſed tunc cum tabula ſeu altari via
tico · Preſbiter autem non debet miſſam celebra=
re ſine licencia epiſcopi in altari in quo epiſcopus·

ea die celebrauit Sixtus tamen papa·ſtatuit miſ
ſam non niſi ſuper altare celebrari· Felix tamen pa=
pa primus ſtatuit ſuper memorias martirum miſ=
ſas celebrari · Bonifacius papa ſecundus ſtatuit
vt in miſſe celebracione clerici a laicis ſint diuiſi·
Marcius papa ſtatuit miſſam alta voce cantari ·
Virgilius papa ſtatuit eam in eccleſia oriētali par
te dici· Illud quoqꝫ notandum eſt ꝙ in miſſa re=
preſentatur pugna ⁊ victoria ſacerdotis contra ho
ſtem antiquum ·proceſſus ad hanc pugnam pone=
tur ſub titulo· de acceſſu ponti·ad alta·in fine · Ar=
ma vero ⁊ pugna ſacerdotis poſita ſunt in prohe=
mio tercie partis · Rurſus miſſam quaſi quoddam
iudicium imitatur · Vnde et canon actio vocatur ·
Eſt enim actio cauſa in iudicium deducta · In miſſa
quidem cauſa noſtra agitur· oratorium eſt pretori
um·deus iudex · dyabolus accuſator· miniſtri te=
ſtes·Sacerdos aduocatus et defenſor·hic eſt moy=
ſes ·qui cauſam populi ad dominum allegabat ·cu
ius patrocinio de latoris fallacia confutatur·⁊ no
ſtra innocencia comprobatur ⁊ abſoluitur· ⁊ iudi=
cis ira placatur·⁊ per miſericordiam culpa remitti
tur· Ceterum miſſa dicitur miſterium qđ profer
tur ⁊ ſacrificium qđ offertur· Miſſe autem officiū
in duas principaliter diuiditur partes vicꝫ in miſ=
ſam cathecuminorum ·⁊ miſſam fideliū · Miſſa ca
thecuminorum eſt ab introitu vſqꝫ poſt offertoriū
que miſſa ab emittendo dicitur· quoniam quando ſa
cerdos incipit conſecrare eucariſtiam ·cathecumini
foris de eccleſia mittuntur · Vnde antiquitus per=
lecto euangelio diaconus ſupͣ pulpitum acclama
re ſolebat · Si quis cathecuminus adeſt exeat fo=
ris prout dicet̄ in ·vj·parte ſub quarta feria quar=
te dominice quadrageſime·quod ideo fiebat quoni
am cathecumini licet ſint in fide inſtructi nondum
tamen ſunt renati ſiue baptiſati·et ideo nondum ſūt
de corpore eccleſie ſicut nec iudei ·nec gentiles·qua
re ſacris altaris miſterijs intereſſe non debent ·
que nō niſi baptiſatis fidelibus cōmittuntur nec the
ſauri eccleſie ſunt inimicis oſtendendi·Vnde de qui
buſdam qui cathecuminorum ⁊ nondum renatorū
tipum ſeu figuram gerebant ſcriptum eſt· Jheſus
autem non credebat ſe illis ſciens quid in homine eſ
ſet · Hinc etiam in canone carthaginenſis concilij
dicitur ꝙ nec gentilis nec hereticus nec iudeus p=
hibeatur eccleſiam ingredi ⁊ audire verbū dei vſqꝫ
ad finem miſſe cathecuminorum nec etiam inceſtu=
oſi · Miſſa vero fidelium eſt ab offertorio vſqꝫ ad
poſtcommunionem · Et dicitur miſſa illa a di=
mittendo ·quia eā expleta ad propria quiſqꝫ fidelis
dimittitur· Miſſa ergo aliquando eſt nomen colle=
ctionum quia quandoqꝫ miſſa vocatur quod eſt ab
introitu vſqꝫ ad offertoriū· Quandoqꝫ quod eſt ab
introitu vſqꝫ ad ite miſſa eſt ⁊ hoc verius quia tunc
hoſtia mittitur· Quandoqꝫ quod vſitacius eſt dici=
tur miſſa totum officium ab introitu vſqꝫ ad ite miſ
ſa eſt ſiue inuocatio nominis dei que fit a ſacerdote
ſuper altare quaſi tranſmiſſa eo ꝙ populus fidelis
per miniſterium ſacerdotis qui vice mediatoris in=
ter deum ⁊ homines ideſt chriſti fungitur preces
ſupplicationes·ac vota altiſſimo tranſmittit· Quan
doqꝫ tantum officium quod ſub ſilencio dicit̄ Quā
doqꝫ ſolum verba illa quibus dominicum cōficitur
corpus · Aliquando miſſa eſt nomen propriū ·quia
ſignificat chriſtum qui miſſus eſt a patre in hunc
mundum · Significat etiam angelum qui mittitur
vt per eius manus hoſtia offeratur in ſublime alta
re domini · Ipſum ergo ſacrificium ideſt hoſtia voca
tur miſſa quaſi tranſmiſſa ·prius ſiquidem a patre
nobis vt ſcilicet eſſet nobiſcum ·poſtea a nobis pa=
tri vt intercedat ⁊ ſit pro nobis apud deum · Item
tranſmiſſa ·primo nobis a patre per incarnacionē
chriſti filij ſui qui fuit miſſus celeſtis et poſtea pa=
tri a nobis per paſſionem eius·Similiter in ſacramē
to tranſmiſſa primo nobis a patre per ſanctificatio
nem · qua nobiſcum eſſe incipit· poſtea patri a no=
bis per oblationem qua pro nobis apud patrem in
tercedit hec enim miſſio ſeu legatio · ſola ſuffi=
ciens ⁊ idonea eſt ad ſoluendas inter deum ⁊ homi
nes inimicicias ⁊ offenſas · Cum ergo diaconus
in fine miſſe dicit ·ite miſſa eſt idem eſt ſi dicat·redi=
te ad propria vel ſequimini chriſtum· quia miſſa ſi
ue oblata eſt hoſtia ſaluatoris pro nobis ad deum
patrem placandum·Poteſt etiam et aliter miſſa di
uidi in quatuor partes ſcđm apoſtolum prima ad
titum ſecundo ⁊ habetur etiam in canone concilij·
toletanū·ſcilicet in obſecrationes·orationes· poſtu=
lationes·⁊ laudes·ſiue graciarum actiones· quo=
rum verborum expoſitio ·in quinta parte ſub tercia
ponetur· Pars prima protenditur ab introitu vſ
qꝫ ad offertorium ·et dicitur obſecrationes· ideſt pͥ
caciones·que ſcilicet fiunt priuſquam ſpecies inci=
piant benedici·Secunda vſqꝫ ad finē dominice orō
nis ibi videlicet libera nos queſumus domine ⁊c̄ ·
Tercia vſqꝫ ad communionem videlicet ſcđm au=
guſ· oratōnes quas epiſcopus dicit poſt commu=
nionem· Quarta vſqꝫ in finem ſcꝫ ſcđm auguſtinū
quando poſt ite miſſa eſt·vel benedicamus domino·
populus reſpondet deo gracias · Secundum alios
vero prima pars protenditur ab introitu vſqꝫ ad
Te igitur ·Secunda vſqꝫ ad Oremus preceptis ſa
luta· ⁊c̄ Tercia vſqꝫ ad collectas · Quarta vſqꝫ
ad ite miſſa eſt·Rurſus quia quinqꝫ fuerunt ſangui
nis chriſti effuſiones·ideo miſſe officium ab offer=
torio in antea in quinqꝫ ſubdiuiditur ptes vt ibi di
cetur·Sed ⁊ quia in ſola cruce eciam quinaria fuit
ſanguinis effuſio · Ideo ⁊ ſolus canon ſubdiuidit̄
in quinqꝫ partes ·Prima vſqꝫ·qui pridie· Secunda
vſqꝫ ad memento ·Tercia vſqꝫ ad ·pͥceptis· Quar
ta vſqꝫ ad emboliſmū·Quinta vſqꝫ ad collectas ·

De quinqꝫ proſis quos pontifex celebraturus dicit·

Celebraturus pontifex miſſarum ſolen
nia quoſdam pſalmos ⁊ orationes ex
inſtitutione celeſtini primi · premittit
quos interim dum caligis ⁊ ſandalijs
ornatur dicit ſcđm exhortatōnē pſal=
miſte dicētis· Preoccupem⁹ faciē eius in cōfeſſio=
ne ⁊ i pſalmis iubilate ei ·Hij pſalmi ſūt quinqꝫ vicꝫ
Quam dilecta tabernacula · Benedixiſti · Inclina

Credidi ⁊ · De pꝛofundis · vt quicquid īmmūdū
quinqꝫ ſenſuum tranſgreſſione commiſit · v · pſal-
moꝛum oratione detergat · Quedam enim conti
nentūr in quolibet ipſorum que recte conueniūt
celebraturis altaris miſteriuꝫ ⁊ eukariſtie ſacra
mentum · Orationes vero quas adicit manifeſte
pertinent ad impetrandum cordis ⁊ corporis mū
diciam ⁊ munimen · Rurſus ideo dicit · Quam dile
lectā ⁊ alios pſalmos vt in chriſto cuius typū
gerit virtutum plenitudo notetur · Et nota ꝙ re-
ligioſus ſecundum ordinis ſui ꝓfeſſionem diſcal
ceatus incedens miſſam celebraturus ſe calceat ·
ex precepto apoſtoli dicentis ad ephe · State cal-
ceati pedes in ꝑparatione euangelij pacis · Nempe
per calciamenta q̄ fiunt de pellibꝰ animaliū moꝛ-
tuorum ⁊ calcant terram ⁊ ſunt clauſa deſubter
⁊ aperta deſuper ſignificatur ꝙ ſacerdos debet eſ
ſe moꝛtuus mūdo · ⁊ debet habere coꝛ clauſuꝫ ad
terrena · ⁊ ipſa tanquam lubꝛica calcare ⁊ vilipē-
dere · ⁊ apertum ad reſpiciendum et deſiderādum
celeſtia ·

De capitis cōpoſitione ⁊ manuum locione ·

Caligis ⁊ ſandalijs impoſitis ponti-
fex ⁊ ſacerdos caput pectinat manꝰ
et faciem lauat · Nam ⁊ legalis ſacer
dos ſacrificaturus lotis pꝛius mani
bus ac pedibꝰ induebat manaſtaſim
cuius loco hodie ſandalia habent · ꝓut dictum eſt
ſub tercia parte ſub ti · de legalibus indumentis ·
Pectinat igitur caput ⁊ faciem lauat · Primo ex
emplo marie que futuram chꝛiſti paſſionem figu
rans vnxit oleo caput eius · etenim in miſſe offi-
cio xp̄i paſſio repreſentatur · Secundo ex manda-
to domini dicentis in matheo · Tu aūt cū ieiunas
vnge caput tuum ⁊ faciem tuam laua · per hoc ſi-
gnificans ꝙ in ſāctis opibꝰ noſtris omnem ficti
oneꝫ ⁊ ſimulatōeꝫ a nobis āmouere debemꝰ · Ter
cio pectinatur caput Nam p capillos ſupflue co
gitatōes ⁊ cura terrene ſollicitudinis · per caput
mens ⁊ intentō que cūctis anime actibus ſicut
caput ceteris membris ſupereminet ſignificant
Congrue igitur pectine capilli complanantur et
ordinantur ⁊ euulſi ſepantur ad notādum ꝙ tūc
ſpecialiter moꝛes componere ⁊ ſuperfluas cogi
tatōes a ſe repellere debet iuxta illud ꝓphēticuꝫ
Aufferte malū cogitatōnum veſtraꝝ · atqꝫ mēs
ipius pꝛima diſcretōe ſeparari · quietari ⁊ purga
ri a terrenis ſollicitudinibus ⁊ virtutibus oꝛnari
debet · Pecten enim ꝓpter oꝛdinatam in ſciſſioni-
bus diuiſionem · diſcretionem ſignificat qua intē
cio anime adoꝛnat̄ ſic capilli capitis pectine ad-
oꝛnantur · Manus quoqꝫ lauat ꝓpter reuerenciā
tanti ſacramenti quatenus ad illud pertractandū
mundiſſimus accedat · Vnde gregoꝛius in paſto
rali · li · j c · xij · Neceſſe eſt vt mūda ſtudeat eſſe ma
nus que diluere ſoꝛdes curat · Coꝛpoꝛaliter igitur
lauat manus vt ſpiritualiter mundet actus iuxta
illud p̄s · Lauabo inter innocentes manus meas ·
⁊c̄ · ne q̄ſi illotis manibꝰ ad menſā peruenire vide
at̄ nō ꝙ lutū manuū diuina ſacramēta cōtaminet

Sed ſi quis indigne manducat ⁊ bibit · iudicium
ſibi manducat ⁊ bibit · Vnde ⁊ in euangelio ma-
thei Non lotis manibus manducare non coinqui
nat hominem que vero de oꝛe procedunt ⁊ de oꝛe
exeunt · vicꝫ cogitatōnes male · homicida ⁊ adul-
teria ⁊c̄ · huiuſmodi ⁊ hec ſunt que inquinant ho-
minem · Sollicite ergo ſatagendum eſt vt non taꝫ
exterioꝛa manuum quam interioꝛa mencium in-
quinamenta purgentur · Manuum autem locio a
lege ſumpſit exoꝛdium vt pꝛemiſſum eſt Legitur
etiam exo · xxx · xxxviij · ⁊ · xl · c · ꝙ moyſes fecit la-
beum eneum de ſpeculis mulierū in quo lauabāt
ſe ſacerdotes · i ingreſſu tabernaculi teſtimonij et
quando acceſſuri erant ad altare · Siquidem in la
beo eneo ſonoꝛo ſignificatur confeſſio · In altari
aureo mentis amaritudo · In ſpeculis mulierum
vite ſanctoꝛum conſideratō · Sacerdos ergo pꝛiuſ
quam ad altare veniat per confeſſioneꝫ ſiue lacri
mis penitencie ſe abluat per mentis amaritudinē
ſe purget · per conſiderationem vite ſanctoꝛum ſe
infoꝛmet · De pꝛimo yſa · ij · Mundamini qui fer-
tis vaſa domini · De ſecundo pꝛima coꝛintheos · vj ·
Expurgate vetus fermen · ⁊c̄ · De tercio hebre ·
ij · habentes impoſitam nubem deponamus omne
pondus ⁊ circumſtans nos peccatum vt ſit in nu
mero innocencium audacter dicenciuꝫ · Iudica me
domine quoniaꝫ e · in imo · ⁊c̄ · Et ita · Lauabo inter
innocentes manus meas ⁊ cir · a · t · Deinde ma-
nus lotas manutergio tergit · quia poſt lacrimas
cōtritōis pctā abhoꝛrere ⁊ abolere p opa ſatiſfa
ctōnū debet lumen quidem per laboꝛem ad cando
rem perducitur ⁊ penitentes per ſatiſfactionem
ad perpetuam glorificatōnem · Crinium igitur
manuum ⁊ faciei oꝛnamenta non ſunt voluptatis
oblectamenta · ſed in figuram a domino ſacerdo-
tibus legis iniuncta ·

De aque benedicte aſperſione ·

Sacerdos in dominicis diebꝰ celebra
turꝰ alba ⁊ ſtola parata pꝛiuſq̄ꝫ pla
netam induat · vt liberius vacare poſ
ſit aquam ex inſtitutōne allexādri pa
pe pꝛimi benedicit altare eccleſiam ⁊
populum aqua benedicta cōſpergit vt omnis ſpi
rituum immundoꝛum ſpurticia tam de habitacu-
lo quā de coꝛdibus fidelium ꝓpellatur · hec enim
virtus aque exoꝛcizate ineſt · Et etiam quia no-
uus xp̄ianoꝛum populus baptiſmatis ſacramen-
to renatus ita miniſterio aque · lota renatoꝛū coꝛ
poꝛa innuit ſic ſanguis agni a priſto populo ad
repellendum pcuſſoꝛē in poſtibus ponebat̄ · Vnde
in canone allexandri ita legitur aquam ſale aſper
ſam populis benedicimus vt ea cuncti aſperſi ſan
ctificētur et purificentur · quod ⁊ omnibꝰ ſacer
dotibꝰ faciendū eſſe · mandamꝰ · Nam ſi cinis vi-
tule aſperſus populū ſāctificabat atqꝫ mūdabat
ſcꝫ a venialibus multomagis aqua ſale aſperſa di
uiniſqꝫ p̄cibus ſacrata populū ſāctificat atqꝫ mū
dat a venialibus ⁊ ſi ſale aſperſa p heliſeum ſteri
litas aque ſanata eſt · quāto magis diuinis p̄cibꝰ
ſacratus ſal ſterilitatem reruꝫ auffert humanaꝝ

et coinquinatos ſanctificat ⁊ purgat· et cetera
bona multiplicat· ⁊ inſidias diaboli auertit· ⁊ a fā
taſmatis verſucijs homines defendit· Rurſus tūc
ſacerdos intus tabernaculum aſpergit ·dum dei
miſericordiam petit· Ciprianus quoqꝫ papa ait·
ꝙ ideo homines aqua benedicta aſperguntur·qꝛ
valet ad ſāctificationem· Unde ſcriptura per eze
chielem dicit· Aſpergam ſuper vos aquam mun
dam· ⁊ mundabimini ab omnib9 immundicijs ve=
ſtris· ⁊ dabo vobis cor nouum ⁊ ſpiritum nouum
in vobis · Item in numeris· qui tetigerit cadauer
hominis ſiue humane anime morticinium ideſt a
morte cadens ⁊ ꝓpter hoc ſeptem diebus fuerit
immundus aſpergatur ex hac aqua die tercia et
ſeptima ⁊ ſic mundabitur a peccato· Si enim a=
ſperſus die tercia non fuerit ſeptima non poterit
emundari· Item qui ex hac commixtōne aſperſus
non fuerit polluet tabernaculum· ideſt tanquam
pollutus non intrabit cum alijs tabernaculum id
eſt ſelpm que ē pars tabernaculi domini ideſt ec
cleſie ⁊ peribit ex iſrahel · Item qui aqua expiatio
nis non eſt aſperſus imund9 erit ⁊ manebit ſpur
cicia eius ſuper eum· Et iterum purificabis leui=
tas circumſpergens eos aqua purificationis· et
iterum aqua aſperſionis purificatō eſt· Ex quib9
apparet aſperſionem aque inſtar ſalutaris laua=
cri obtinere· quidam tamen premiſſa referunt ad
aquam baptiſmi· Aqua igitur in memoriam bap=
tiſmi omni dominica benedicitur· vt dicetur in ſex
ta parte ſub aſcenſione· preterq̄ꝫ in paſcha ⁊ pen=
thecoſten· quia in ſabbatis dominicas illas prece
dentibus benedictis fontibus ante criſmatis in=
fuſionem aqua recipitur ⁊ ad aſpergenduꝫ nos
et domos reſeruatur · ſicut in canone cautum
habetur· Ex aqua ergo benedicta nos ⁊ loca in
ſignificatōnem baptiſmi aſpergimus nec aſpergi
mur vt rebaptiſemur ſed vt graciam diuini nomi
nis cum memoria baptiſmatis inuocemus· Et li
cet in dictis duabus dominicis aſpergatur alta=
re· nō tamē tunc cantatur anti· Aſperges me dñe
⁊c· quia tunc pocius lugendū nobis eſt cū recoli
mus nos eſſe a xp̄o mundatos· p ſue ſupplicium
paſſionis· iuxta illud trenoꝝ· iij· Memoria me=
mor ero ⁊ tabeſcet i me anima mea· In dominicis
ergo diebus ante miſſam ⁊ maius altare tantum
⁊ totus populus aſperguntur quāuis in noctur
nis ⁊ veſperis omnia altaria vel ſalteꝫ precipua
thurificentur· Circa quod conſiderandū ꝙ hu=
ius aſperſio alia ratione fit ſuper populum ⁊ ſup
altaria· quia enim concluſit deus omnes ſub pec
cato ſaltem veniali quia ſepcies in die cadit iuſt9
Idcirco ipſe populus eccleſiam ingrediens diui=
nis inſiſtere intendens ipſa aq̄ ſanctificata aſper=
gitur· que valet ad quotidiana delenda· ſicut in
cinere vituli· in veteri teſtamēto ſecundū ꝙ qui
immundus erat ꝓhibebat̄ eccleſiam ingredi do
nec aqua lauaretur· Altare autem aſpergitur ꝓ
pter reuerenciam ſacramenti quod ibidem conſe=
crandum eſt· vt inde omnium malignorum ſpiri=
tuū p̄ſencia arceatur · ⁊ qm̄ xp̄c per altare quod

eſſe debet lapideum ſignificatur ſecundum illud
apoſtol'· Petra autem erat xp̄us ⁊ fides noſtra·
de vno chriſto ⁊ nō de pluribus eſt · Idcirco vt ſi
gnū ſignato reſpondeat vnico altari aſperſo vni
uerſus aſpergitur populus· quia ipſe ſol9 eſt qui
tollit peccata mundi· Thurificatō vero quādoqꝫ
repreſentat diffuſionem diuerſaruꝫ graciarū ſpi
ritualium ⁊ quoniam gracia non ſolum in capite
verum etiam in alijs ſubiectis capiti inuenitur·
Ideo conuenienter poſt primum ſecundario alia
altaria per que diuerſi gradus ſanctorum intelli
guntur thurificari ſolent· Rurſus thus in thuri=
bulo cor igne oratōnis accēſum ſignificat· quia
ergo oratō noſtra ſolum ad deum ⁊ xp̄m media=
torum noſtrum debet principaliter applicari ·ideo
⁊ altare ⁊ crucifixus thurificari ſolent· In paſca
li autem tempore ad aſpergendum cantamus· vi=
di aquam · quod ſumitur de ezechiele cui domi=
nus oſtendit ciuitatem edificatam ſuper mōtem
⁊ vergentem ad auſtꝝ in qua erat mirabile tem=
plum· Ciuitas eccleſia eſt de qua dicitur Non po
teſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita· Tem
plum eſt corpus chriſti de quo dicitur· ſoluite tē
plum hoc ⁊ poſt triduum edi· illud Aqua de tem
plo egrediens fons eſt baptiſmi de latere chriſti
procedens· Sed cum fuerit in leuo lāceatus· cur
hic dicit̄ · a latere dextro· Reſpondeo ꝙ duo ſunt
latera chriſti· ſcꝫ dexterum ⁊ leuuꝫ Dexterum eſt
diuinitas ⁊ leuum humanitas A latere igitur de
xtro exiuit· qꝛ de diuina chriſti natura ſpiritusſan=
cti aqua inuiſibilis ꝓcedit qui aque inuiſibili que
de latere leuo ideſt humanitate lanceata perflux
it ſaluandi virtutem tribuit· Recte igitur in ꝓceſ
ſione paſcali cantamus in laudem fluminis hui9
cuius mundatione per mortem chriſti reuiximus
Verum poſt octauam penthecoſtes cantatur
in dominicis ad aſpergendū anti· Aſperges me
domine· ⁊ qui a paſcha vſqꝫ tunc intermittitur qꝛ
de fide paſſionis ⁊ humilitate baptiſmi ꝯplēta p̄
dixit· Porro aqua cum benedicitur ſal admiſcetur
quod ab heliſeo ſumpſit exordiū· ⁊ fit hoc ad no
tandum ꝙ populus per aquaꝫ intellectus vt ſan
ctificari poſſit per ſacerdotis officium verbo dei
imbuitur quoqꝫ per ſalem ſignificatur · Fit ter
crux ſuper aquam ⁊ ſalem qua docetur populus
ſancte trinitati gracias · pro ſua erudītione atqꝫ
redemptione referre · Per aquam quoqꝫ confeſ=
ſio per ſalem amaritudo ſignificatur· ex qua mix=
tura gemin9 partus procedit· ſcilicet diuiſio ſeu
ſeparatio delictorum ⁊ ortus virtutum ac bono=
rū operꝫ· Sed quare prius ſal benedicitur quaꝫ
aqua· Reſpondeo· per ſal intelligitur amaritudo·
penitencie· per aquam baptiſmus· quia ergo cor
dis contritio debet precedere abſolutōnem· ⁊ pe=
nitencia baptiſmum· ideo pri9 benedicitur ſal quā
aqua· Et nota quatuor eſſe genera aque bene=
dicte· Prima in qua fit iudiciuꝫ purgatōnis· que
in vſu non eſt· Secunda aqua que ſanctificatur in
dedicatione eccleſie ⁊ altaris de quibus in prima
parte dictuꝫ eſt ſub ti· de conſe· eccleſie ⁊ altaris

Tercia eſt quia in eccleſijs aſpergimur ꝺ quā hic
agitur. Quarta aqua baptiſmi. de qua dicetur in
ſexta parte ſub ſabbato ſancto. et hac ſolebāt ho
mines aſpergi poſtquam criſmaretur. Et adhuc
fit in quibuſdam locis. ſed hodie interdictum ē.
Putabant enim ſe iterum a peccatis huius aque
aſperſione mundari. Cum tamen conſtet nullum
bis baptiſari poſſe. quia vero maius dignum tra=
hit ad ſe minus dignum ideo ſi aqua non benedi=
cta admiſceatur benedicte. efficitur benedicta.

De officio ſeu introitu miſſe. R

Introitu prima ps miſſe incipit. Sci
endum autem. ꝙ ſancti patres et pro=
phete antichriſti aduentum ſuſpiran=
tes ⁊ preconantes. premiſerunt deſide=
ria. opera. laudes ⁊ preces. que ſingula figuran=
tur in miſſa. Introitus nanqȝ ſcilicet ipſa antipho
na vaticinia prophetarum et ſanctorum patrum
deſiderium cum preconijs filij dei aduentum et in
carnationem dei expectantium exprimit. In cuiꝰ
rei ſignum. in prima dominica aduentus can=
tat eccleſia introitum Ad te leuaui. Chorus igi
tur pſallentium clericorum. qui ſignificat cho=
rum prophetarum et multitudinem ſanctorum
chriſti aduentum expectancium. animam ſuam
dilatat et introitum in iubilo cantat. quoniam
prophete. patriarche. reges. et ſacerdotes.
omneſqȝ fideles. aduentum chriſti cum deſide=
rio expectabant clamantes et implorantes. E=
mitte agnum domine dominatorem terre. etce=
tera. Item. Veni domine et noli tardare. etcete=
ra. Hinc etiam ille Simeon iuſtus et ſenex bene=
dixit dicens Nunc dimittis ſeruum tuum domine
ſecundum verbum tuum. ⁊c. Quia viderunt ocu
li mei ſalutare tuum. ⁊c. Et apoſtolus. Multi re
ges et prophete voluerunt videre que vos vide=
tis. et non viderunt. etcetera. Ex eorum ergo per=
ſona cantatur introitus. per quos chriſtus in=
troiuit in mundum. Juxta illud apoſtoli. Et cum
introduxit primogenitum in orbem terre. et a=
dorent eum omnes angeli dei. Sequitur ver
ſiculus pſalmiſticus ſiue pſalmus. qui viſionem
ad operacionem notat Dicitur etiam verſus quia
per eum reuertimur ad introitum. ſignificans
opera et vaticinia. Conſequenter ex inſti=
tutione Damaſi pape dicitur Gloria patri et fi=
lio et ſpiritui ſancto. etcetera. quod ſignificat
laudem. quia poſt operationem danda eſt glo=
ria. vt oſtendatur patrem et filiū ⁊ ſpiritum ſan=
ctum habere equalem gloriam et coeternā maie
ſtatem. In principio et nunc et ſemper. et in ſe=
cula ſeculorum. id eſt in preſenti. preterito et fu
turo temporibus. Interpoſitio autem Glo=
rie. inter primam cantacionem introitus et ip=
ſius repeticionem. deſignat captationem beniuo=
lentie. vt enim quod expectabant facilius ob=
tinerent. ad totam trinitatem cordis et vocis
glorificationem clamabant dicentes Oſtende no
bis domine miſericordiam tuam. et ſalutare tuū
da nobis. qui ſedes ſuper cherubim apparere co
ram effra. b. et. ma. quorum tandem clamo=
rem ſpiritus ſanctus exaudiens. vnxit eum oleo
leticie pre conſortibus ſuis. Et ad euangelizan=
dum pauperibus deſtinauit. ſicut ipſe dei filius
per prophetam teſtatur dicens. Spiritus do=
mini ſuper me. eo ꝙ vnxit me. euangelizare pau
peribus miſit me. Deinde antiphona ipſa ſeu
introitus repetitur. vt deſiderium antiquorum
patrum ſeu iteratio et multiplicatio ſuſpirio=
rum et clamoris ipſorum euidentius exprima=
tur. Vnde propheta. Manda remanda. expe=
cta et reexpecta Modicum ibi et modicum ibi.
ſi moram fecerit. expecta eum. quia veniens ve=
niet et non tardabit. Hoc autem deſiderium an=
tiquorum non ſemper repreſentat introitus in=
tellectu littere ſed iubilo cantilene. Verum in
diebus profeſtis bis introitus cantatur in lau=
dem diuine et humane nature. que in perſona fi=
lij ſunt vnite. In quibuſdam vero eccleſijs et pre
cipuis feſtiuitatibus. triplicatur in laudem et ho
norem trinitatis. quaſi tripudiemus ei. In cu=
ius memoriam miſſam cantamus. et dicitur ſe=
mel cum gloria patri ad laudem incarnationis

Quandoqȝ autem inchoatur voce dimiſſa. ad
notandum humilitatem. ſubſequenter alta vo=
ce repetitur. que vocis exultacio ſignificat exci=
tationem a ſompno peccati. quam vox ſuppreſ=
ſa demonſtrat. iuxta illud apoſtoli. Hora iam eſt
nos de ſompno ſurgere. Poteſt etiam et ali=
ter dici. prout de inuitatorio in ſexta parte ſub
nocturnis dicetur. ſemper tamen integre repe=
titur. vt perfectio leticie denotetur. Que=
dam vero eccleſie dicunt introitum. Primo per=
fecte quia eccleſia deum laude perfecta laudat.
Secundo imperfecte. quia imperfecta eſt omnis
laus vie. Tercio perfecte. quia perfecta eſt laus
patrie. Dicitur autem introitus. eo ꝙ dum ille
canitur ſacerdos miniſtraturus ad altare intrat
ſeu quia per illam antiphonam ad officium intra
tur. quia etiam vocatur officium. quaſi efficium
prout dicetur in prohemio quinte partis. Ce=
leſtinus papa ſtatuit. vt pſal. dd. centum quin
quaginta. ad introitum miſſe ante ſacrificium
antiphonatum canerentur quod antea non fie=
bat. ſed epiſtola pauli tantum et euangelium le
gebantur. vt poſtea miſſa celebrabatur. De il=
lis ergo pſalmis excepti ſunt omnes introitus re
gulares. gradualia. offertoria. et communio=
nes. que cum medulatione primo ceperunt ad
miſſam in eccleſia romana cantari. Grego=
rius enim introitum miſſe cum cantu ordinauit.
et vnum verſum ꝺ illo pſalmo qui cantabatur re
tinuit. Irregulares vero introitus ſunt qui ſe=
cundum varietates ſolennitatum inſtituti ſūt. vt
puer natus eſt nobis. etcetera. Spiritus domini
repleuit orbem terrarum. etcetera. Et hi habent
verſus de pſalmo. preterquam illi. Viri galilei

Et nunc ſcio vere· etcetera· Et alij quidem ſecun=
dum aliquas eccleſias · Et eſt notandum · quod
quando introitus de pſalmo ſumit̄ Si primus ver=
ſus pſalmi ſit introitus · aliquis de ſequentibus
verſibus eiuſdem pſalmi erit verſus illius intrōi
tus · ſicut patet in introitu tercie ferie prime eb=
domade quadrageſime · qui incipit · Domine re=
fugium · verſus enim eſt · Priuſquam montes
fierent · Si vero non primus verſus pſalmi ·
ſed aliquis alius de ſequentibus ſit introitus ·
tunc primus verſus pſalmi erit verſus ipſius in=
troitus · vt ecce in natali eſt introitus · Domi=
nus dixit ad me· etcetera · verſus vero eſt · Qua
re fremuerunt gentes et populi meditati ſunt in
ania · Et in feſto Innocentum · introitus eſt · Ex
ore infancium et lactantium perfeciſti laudem et
cetera· verſus eſt · Domine dominus noſter· etce=
tera · Et ſic de alijs · quod fit ad ſignificandum
vnionem et connexitatem capitis et membrorum
¶ Rurſus verſus quandoq̨ eſt duplex quan=
doq̨ vnus · quandoq̨ dimidius · De quo dice=
tur in ſexta parte ſub ſabbato tercie ebdomade
quadrageſime · Dum autem introitus canitur
non ſedetur quoniam ad opus et preconium chri
ſti introitus refertur · vt predeſtinati ad verum
cultum dei vocentur · In quibuſdam ec=
cleſijs tropi dicuntur pro pſalmis ex inſtitutio=
ne Gregorij pape · ad maius gaudium de chri=
ſti aduentu repreſentandum · Eſt autem proprie
tropus quidam verſiculus qui in precipuis feſti
uitatibus cantatur immediate ante introitum q̄=
ſi quoddam preambulum et continuatio ipſius
introitus · vt verbi gratia · In feſto natiuitatis
ante introitum illum · Puer natus eſt nobis etce
tera · precedit tropus iſte · Ecce adeſt · De quo
prophete cecinerunt dicentes · Puer natus eſt
nobis etcetera· Habuit autem tropus originem
a lege · Legitur enim numeri decimo · quod dum
eleuaretur archa cantabatur · Exurge domine ·
Cum vero deportabatur · cantabatur Reuerte=
re domine ad multitudinem exercitus · Et dici=
tur tropus a tropos · quod eſt conuerſio · quo=
niam quedam ibi ſolent fieri conuerſiones ad in=
troitum · · Vnde quandoq̨ prius dicitur ver
ſus · et poſt eleyſon · et inde etiam trophium di=
citur zona· quia conuertitur ab vmbilico ad vm=
bilicum circumeundo · Poteſt etiam et aliter di=
ci · quoniam introitus eſt laus eccleſie de iudeis
conuerſis · Vnde tria continet videlicet Antipho
nam Verſum et Gloria · et hoc propter tres or=
dines fidelium · qui fuerunt hebraice lingue · ſci=
licet patriarche · prophete · et apoſtoli · Introi=
tus ſiue antiphona eſt patriarcharum· verſus pro
phetarum · gloria vero apoſtolorum · antipho=
ne repeticio eſt predicationis ꝓmptitas et con=
firmatio · quaſi quod longe prius patriarcha ge
ſtibus figurauit · propheta predixit· apoſtolus
euangelizauit· Ad quam etiam conuerſionem no
tandam ſolennes tropi alicui inſeruntur · qui ſunt
laudes ad introitum conuertibiles · Nam tro=
pos grece cōuerſio dicitur latine vt p̄miſſū eſt

¶ De acceſſu ſacerdotis ac pontificis
ad altare· et de proceſſione

Dum introitus canitur pontifex ſeu ſa=
cerdos paratus et ſacris indumentis
ornatus de ſacra ede egreditur· ⁊ ad al
tare accedit · ſignificans quod chri=
ſtus expectatio gentium carne ſacroſancta aſ=
ſumpta ex virginis carne incorrupta de ſecreto
habitaculo celorum egreſſus eſt in mundum vel
de ſecreta ede · videlicet de virginali vtero egreſ
ſus eſt tanquam ſponſus de thalamo ſuo ·
Porro epiſcopus ſiue ſacerdos egrediens ·
procedit inter duos · videlicet inter vnum preſbi
terum et diaconum · quem antecedit ſubdyaco=
nus euangelij codicem clauſum gerens · Illum
precedunt duo ceroferarij · quos etiam prece=
dit ferens thuribulum cum incenſo· Demū
epiſcopus vel ſacerdos ad altare perueniens · mi=
tram deponit · confeſſionem facit · codicem ap=
perit et oſculatur apertum · Sacerdos itaq̨ ſeu
epiſcopus illum magnum repreſentat ſacerdo=
tem · ſcilicet chriſtum · de quo ait apoſtolus Chri
ſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum · et
cetera · Sacerdos et leuita · illum deducentes
legem et propheciam deſignant · ſecundum illud
quod ipſe dominus propoſuit in parabola Sau=
ciati · quia ſacerdos quidam deſcendit eadem via
et viſo illo preterijt ſimiliter et leuita Moy=
ſes quoq̨ et Helias in figura legis et prophe
cie apparuerunt in monte cum chriſto loquentes
¶ Sacerdos ergo et leuita deducunt epiſcō
pum · quia lex et prophetia chriſtum annuncia
uerunt et promiſerunt· Vnde moyſes inquit·
Prophetam ſuſcitabit vobis deus de fratri
bus veſtris · ipſum tanquam me audietis · Item
yſaias · Ecce veniet propheta magnus et ipſe
renouabit hieruſalem · Vel epiſcopus ſeu
ſacerdos inter duos exiſtens · ſignificat chri=
ſtum inter duo teſtamenta · Ipſe enim a duo=
bus teſtamentis mundo per prophetas et apo=
ſtolos predicatur· quia vero ille in mundum ven
turus premiſit · prophetas · ſapientes et ſcribas
In locum ſcribarum premittit pontifex ſeu ſacer
dos ſubdyaconum portantem ſcripturas · qui ſa=
piens ſit dominica diſponere vaſa · Quandoq̨ ve
ro archidyaconus et ſacerdos pontificem dedu=
cunt · quem immediate dyaconus et ſubdyaco
nus antecedunt · qui ſignificāt apoſtolos et di
ſcipulos quos chriſtus miſit ante faciem ſuam ·
et adhuc quotidie mittūtur predicatores et pre
lati eccleſie preparare viā domino ſpiritualiter
ante faciem ſuam · Adhuc ſubdyaconus antece
dens ſignificat iohānem baptiſtam qui preceſſit
in ſpiritu ⁊ virtute helie p̄parare domino plebem
perfectam· ⁊ fert ante pontificem codicem euan
gelij· quia iohannes ante chriſtum predicacionem

euāgeliū inchoāuit dicēs· Penitentiam a=
gite · appropinquabit enim regnum celorum·
Dyaconus vero repreſentat prophetas· qui an
nunciauerūt futuram ex euangelio vitam ·
¶ Ceterum epiſcopus ideo ſequitur euange
lium ad notādum ꝙ debet ſemper illud et intue
ri · ⁊ in mente habere · et ante illum portatur ·
quia per doctrinam euangelij ad chriſtū vitam
via preparatur· Poteſt etiam dici· ꝙ per ſubdia
conum librum ferentem· et per dyaconum euan
gelij preconem ſanctos noui teſtamenti · per li
brum vero euāgelij· nouum intelligimus te=
ſtamentum· Per ceropherarios vero et thuri=
ferarium· ſanctos qui preceſſerunt nouum te=
ſtamentum· et per duo cādelabra cum cereis ar
dentibus legem ⁊ prophetiam· que chriſtū mū=
di lucem nunciabant commemoramus Sine ig=
ne enim non debet ſacrificari · Juxta illud leui=
tici ſexto capitulo· Ignis in altari meo ſemper
ardebit · Quid lumen huius ſignificet· et
de candelabris· dictum eſt in prima parte ſub ti
tulo de picturis · Cerei feruntur ſuper candela
bra que fundamentum deſignant· vt ſuper fun=
damentum luceat coram hominibus lux predi=
catorum· Pulcre ergo candelabra dyaconus ·
et ſubdyaconus ante euangelium precedunt ·
quia lex ⁊ prophete legem gratie preceſſerūt·
In quibuſdam eccleſijs ſunt tres cerei quorum
medius ſignificat illum qui ait Vbicunqꝫ ſunt
duo vel tres· etcetera· in alijs ſeptem· quia gra
tia ſeptiformi tota eccleſia illuminatur· De hoc
aliter ſub euāgelio dicetur· Thuriferarius ve
ro teroferarios antecedit et alios · ad notandū
ꝙ thuris ſignificatio ſanctis vtriuſqꝫ teſtamen
ti communis eſt Per thuribulum autem cor
humanum competenter notatur· quod debet eſ
ſe apertum ſuperius ad ſuſcipiendum· et clauſū
inferius ad retinendum · habens ignem carita=
tis ⁊ thus deuotionis· ſiue ſuauiſſime oracio=
nis· ſeu bonorum exemplorum ſurſum tenden=
cium quod per fumum inde reſultantem notatˀ·
Sicut enim thus in igne thuribili ſuauiter redo
let ⁊ ſurſum aſcendit· ita opus bonum· vel ora=
tio ex caritate vltra omnia thimiamata fragrat
Ad hoc thuribulum cum incenſo corpus chri=
ſti ſuauitatis odore plenum · carbones ſpiritum
ſanctum thus boni operis odorē deſignant · De
hoc etiam dicetur in quinta parte · ſub titulo de
laudibus matutinis · et infra ſub titulo de thu
rificatione · ¶ Poſtquam ad altare ventum
eſt · cerei qui preceſſerant poſtponuntur · vt
oſtendatur doctores fuiſſe ante natiuitatem ⁊
poſt illuminantes · Candelabra vero manibus
per acolitos tenentur donec kyrieleyſon incipie
batur · ad notandum ꝙ doctor debet exercere
opere quod docet · quodqꝫ non debet rudem po
pulum deſerere donec ſciat proficere in domine mi
ſerere · Illo vero incepto deponuntur quan=
doqꝫ in pauimento · Tum quia poſt acta bona

opera humiliare et eſſe puluerem recognoſce=
re nos debemus· Tum quia doctores in bono o
pere et in predicatione ſe terrā eſſe cognoſcere
debent · Sed dum officium inchoatur ſubleuari
debent· quia quiſqꝫ et precipue prelatus ſe eri=
gere per bona opera debet · vt ceteri hoc viden=
tes glorificent patrem qui eſt in celis· ¶ Ad
huc pontifex ad altare perueniens mitram de=
ponit prout dictum eſt in tercia parte· ſub titu
lo de mitra · Deinde confeſſionem facit· interea
vero dum cōfeſſio fit ſubdyaconus tenet librum
euāgeliorum clauſum ante faciē eius a parte
ſiniſtra Stat quidam ad ſiniſtram· quoniam ipſe
in aliquibus tenet locum prophetarum quos ſe
pe in eccleſia legit· tenens librum ante oculos
pontificis· vt ille iugem memoriam habeat euā
gelice predicationis qui clauſus tenetur · quo=
niam lex euāgelica clauſa in prophetis miſtice
continetur· Confeſſione autem facta· ſacerdos li=
brum aperit ⁊ oſculatur· prout ſub titulo de o=
ſculo altaris dicetur Sane ſecūdum Innocen
tium papā tercium· romanꝰ pontifex dū ſtacio=
nalis ſolennitas celebratur cum ſex ordinibus
clericorum· de quibus in prohemio ſecunde par
tis dictū eſt a ſacrario ſiue a loco vbi ſe induit
et parauit proceſſionaliter progreditur ad al=
tare· deſignans ꝙ chriſtus exiuit a patre et ve=
nit in mundum · hic enim proceſſionis ordo ge
nerationis chriſti ſeriem repreſentat· quam ma
theus euangeliſta deſcribit · in qua ſex inueniū
tur ordines perſonarum· a quibus ſecundū car
nem chriſtus originem traxit ⁊ in mūdum pro
ceſſit· videlicꝫ patriarche· prophete· reges· prin
cipes· paſtores et duces · Abraham patriarcha
Dauid propheta · Salomon rex · Salomon prin
ceps· Judas paſtor· Zorobabel dux · Duo dya=
coni pontificem deducentes ſignificant abra=
ham et dauid· quibꝰ incarnatōnis chriſti facta
eſt repromiſſio· Nā illi repromiſſum eſt· in ſemi
ne tuo benedicentur omnes gētes · iſti vero pol
licitum eſt· De fructu ventris tui ponam ſuper
ſedem tuam· propter quod euangeliſta figurali
ter hos duos in generatione chriſti premiſit in=
quiens· Liber generationis domini noſtri iheſu
chriſti filij dauid filij abraham· iſte ſunt due co
lumnē quas vetus ille pacificus in veſtibulo tē
pli poſuit ante hoſtium · quas ambit funiculus
duodecim cubitorum· id eſt quos fides duode=
cim apoſtolorum amplectitur· De quarum me
dio chriſti oſtium credentibus aperitur· Qua=
tuor autem miniſtri ſuper pontificē mapulā fe=
runt in ſummitatibus quatuor baculorum colli=
gatā Et inde ipſi miniſtri manipularij nuncupā
tur· mapula illa que diuerſis figurata eſt ima=
ginibus ſacram deſignat ſcripturam· que mul
tis ⁊ varijs inſignita eſt miſterijs Hec quatuor
bacule ſuper pontificem portantur extenſa quia
ſacra ſcriptura quatuor modis ſuper chriſtum
fertur expoſita · videlicet hyſtorice· allegorice

anagogice · ⁊ tropologice · prout dictum eſt in
prohemio libri · hic eſt fluuius paradiſi qui qua
tuor in capita diuiſus progreditur · hec eſt men
ſa propoſitionis que quatuor pedibus eleuata
ſubſiſtit · Super pontificem ergo portatur ex-
tenſa vt is veniſſe monſtretur · quem lex ſcrip-
ſerat et prophete · Nam ipſemet chriſtus inci-
piens a moyſe et prophetis interpretabatur in
omnibus ſcripturis que de ipſo erant · propter
quod alibi dicit · Si crederetis moyſi etiam cre
deretis et mihi · de me enim ille ſcripſit Quatuor
miniſtri mapulam ferentes quatuor ſunt euan
geliſte ſacram ſcripturam declarātes et fidem
exaltantes Hinc eſt ꝙ in ſummitatibus bācu-
lorum eorum imagines collocantur · et prefe-
runtur duo luminaria cum incenſo · quia lex et
prophete cūm pſalmis chriſti pnunclauerūt ad
uentum chriſto atteſtante qui ait Neceſſe ē im
plere omnia illa que in lege moyſi et prophetis
et pſalmis de me ſcripta ſūt In maioribus autē
ſolennitatibus ſeptem candelabra coram ponti
fice deferuntur · per quod illud oſtenditur · qđ
iohannes in apocalipſi deſcribit · Conuerſus in
quit · vidi ſeptem candelabra aurea et in me-
dio ipſorum ſimilem filio hominis veſtitum po-
dere · vt ille per hoc adueniſſe monſtretur · ſu-
per quem requieuit ſpiritus gratie ſeptiformis
ſecūdum illud yſaie vaticinium Egredietur vir
ga de radice yeſſe · ⁊ flos de radice eius aſcen
dꝫ · e · i · ſ · c · ſ · d · ſ · ſ · et in ſi o ⁊ f · ſ · ſ · et p · ⁊ r · e · ſ · t ·
d · In quibuſdā etiā baſilicis circa medium cho-
ri manipul9 ſtupe appenditur · cui pontifex trā
ſiens ignem apponit · vt in conſpectu populi ci-
to incineretur · per hoc ſecundum aduentum
commemorans · in quo chriſtus viuos et mor-
tuos et ſeculum per ignem iudicabit · Nam ig-
nis in conſpectu eius ſemper ardebit · et in cir-
cuitu ei9 tempeſtas valida · ne videlicet quis ma
le ſecurus exiſtat · quoniam qui in primo aduē
tu blanditur per ſecundum exterret · qui enim
iudicandus venit in primo · iudicaturus veniet
et in ſecundo · Hoc etiam fit vt pontifex ignem
apponens · conſideret ꝙ ipſe in cinerem debet re-
digi · et ornatus eius in fauillam conuerti · et
ꝙ quemadmodum ſtupa facile comburitur ſic
etiam facile et quaſi in momento preſens tran-
ſit mundus et concupiſcentia eius · quia ſecun-
dum iacobum apoſtolum · vita noſtra vapor eſt
ad modicum parens · ne forte qui glorioſus in-
cedit in temporali gloria delectetur Nam om-
nis caro fenum ⁊ omnis gloria eius quaſi flos
feni · Cum autem iam pōtifex appropinquat al-
tari · primicerius ſcole cantorem accedens dex-
trum ipſius humerum coram aſtantibus oſcu-
latur · qr cum chriſtus naſceretur in mundo · an
gelus ille cū quo facta eſt celeſtis milicie mul
titudo · laudantiū deum · natiuitatē ei9 paſtorib9
patefecit · de quo dicit propheta · Puer natus ē
nobis et filius datus eſt nobis · et factus ē prin

cipatus ſuper humerum eius · Porrō tres ſa-
cerdotes qui pontifici venienti coram altare re
uerenter occurrunt · et inclinantes os eius oſcu
lantur et pectus · ſignificant illos tres magos
qui venerunt iheroſolimam dicētes Vbi eſt qui
natus eſt rex iudeorum · et procidentes adora-
uerūt eum · et quia apertis t · ſ · o · e · m · a · t · et mir
ram · Per geminum quidem oſculum · geminam
in chriſto confitentur naturam · diuinam ſcili-
cet et humanam · diuinam quaſi latentem in pe-
ctore · humanam quaſi patentem in ore · quas e-
tiam p oblata munera magi miſtice figurarunt
Oſculum enim ſignum eſt reuerentie · prout
ſub titulo de pacis oſculo dicetur · Diſponitur
autem iſta proceſſio velud caſtrorum acies or-
dinata · Nam maiores et forciores quaſi cuſto
des exercitus preueniunt et ſecuntur · minores
autem quaſi debiliores in medio colliguntur p̄
cedunt enim epiſcopi et preſbiteri · ſubſequunt̄
pontifex et dyaconi in medio · colliguntur ſub-
diaconi et acoliti · Cantores verō quaſi tubici-
nes exercitū p̄cedunt vt eū ad prelia contra de
mones excitent ⁊ inuitēt · de quo prelio apoſto-
lus ait · Non ē nobis colluctatio aduerſus car
nem ⁊ ad ſāguinem ſed aduerſus ſpiritualia ne
quicie in celeſtibus · Vnde buccinate in neome-
nia tuba in die in ſignis ſolennitatis veſtre ·
Premiſim9 de proceſſione ſummi pōtificis · inde
etiam occaſione ſumpta et d alijs proceſſionib9
aliqua ſubiciamus · Circa quod generaliter no
tandum eſt · ꝙ ſicut in miſſa legatio chriſti pro
nobis in mundum figuratur · et in proceſſioni-
bus noſtris reuerſio noſtra ad patriam noſtrā
denotatur quarum ſolennitas egreſſum populi
de egipto pene in omnibus imitatur Sicut enim
populus ille per moiſen ereptus eſt d manibus
pharaonis ſic populus dei per chriſtum libera-
tur de ore leonis · Et ſicut tabule teſtamenti de
monte ſinai accepte ſunt a moyſe · et coram po-
pulo portate · Exodi · triceſimoquarto · et triceſi
moquinto capitulis · ſic liber euangelij ſumitur
de altari et portatur · Illos vero columnia ig-
nis precedebat et ante nos lumen candele pre-
cedit āte turmas illorum ſigna ferebantur · et
ante nos cruces ⁊ vexilla portantur · Ibi prodi
gia fiebant et apud nos miracula non ceſſant ·
Illic leuite tabernaculum federis portabant · ⁊
noſtri diacones et ſubdiacones planaria ⁊ cap
ſas ferunt · Ibi arca domini a ſacerdotibus por-
tabat̄ et apud nos ſcrinium aut feretrum cū re
liquis a preſbiteris deportat̄ · Apud illos aarō
ſumm9 ſacerdos ſequebatur ornat9 ⁊ apud nos
epiſcopus infulatus · Apud eos moiſes cū vir
ga · apud nos rex cum ſceptro · vel epiſcopus cū
gambuca · Ibi clangor tubarum · hic ſtrepitus
campanarum · Ibi populus armatur · hic clerus
ſacris veſtibus et populus virtutibus adorna-
tur · Ibi populus aſpergebatur cum ſanguine
hic aqua bñdicta cū ſale · Illis obuiat amalech

ſanguinem ficiens·nobis turmã demonum no-
ſtre vite ſemper inſidians·Illis ſuus ioſue exti-
tit victor·ꝛ noſter iheſus victoriam nobis obti
nuit Cum autem ad aliquam eccleſiam proceſſio
naliter tendimus·tunc quaſi ad terram promiſ
ſionis accedimus·Cum vero eccleſiam cantan
tes intramus quaſi gaudentes ad patriam pue
nimus Cum circa eccleſiã feretrum cũ campa
narum pulſacione portamus·quaſi cum archa
cũ ſono tubarum·ꝛ cum clangore populi iheri-
chio circuimus·Ihericho corruit ꝛ deſtruitur·
cum in nobis concupiſcentia vincitur·Cũ vero
de choro ad aliquod altare imus ibiq; ſtationẽ
facimus ſignificat ꝙ anime ad chriſtũ tendent
ꝛ continent in conſorcijs angelorum·Secundo
etiam Dauid ꝛ Salomõ nos ad proceſſiones in
formauerunt·cum dauid archam dei in taber-
naculum·ꝛ Salomon in templum cum ymnis ꝛ
canticis portauerunt·et ſub alas cherubin lo-
cauerunt·Sic chriſti humanitas celum aſcen-
dens ingreditur·et ab angelis perhenniter ado
ratur·quem fidelis anima comitatur·Tercio
etiam in proceſſionibus memoramus·ꝙ chriſtꝰ
de ſinu patris venit in mundũ de preſepe ad tẽ-
plum vniuerſaliter de bethania in iheruſalem·
et de iheruſalem in mõtem·optantes vt de mun
do reuertamur ad patriam·ꝛ de vna eccleſia ad
aliam ſcilicet de militante ad triumphantem·ſe
quentes crucem·id eſt veſtigia crucifixi·ꝛ nos
vicijs ꝛ concupiſcentijs crucifigentes Sequen
tes veſtigia ſanctorum precepta euangeliorũ
et induti veſtes ſacras·ſcilicet loricam iuſticie
cingulum continentie·ſcutum fidei·et galeam
ſalutis eterne·Deinde ſacerdos celebraturus·
quaſi contra ſpiritualia nequicie in celeſtibus
pugnaturus ſacris veſtibus quaſi armis indui
tur prout dictum eſt in prohemio tercie partis
In nonnullis autem eccleſijs ſic proceſſio ordi-
natur·Precedunt nanq; ſeptem acoliti cum lu
minantibus ſignificantes omnes qui per ſepti-
formem ſpiritusſancti graciam lumẽ ſcientie fi
delibus miniſtrauerunt·Illos ſequuntur ſep-
tem ſubdyaconi cum planarijs ſignificantes il
los qui ꝑ eandem gratiam plenitudinem diuini
tatis in chriſto habitã·corporaliter docuerũt
Et poſt eos ſeptem dyaconi repreſentantes v-
niuerſaliter omnes qui per eandem graciam ſpi
ritualem·videlicet euangelicam intelligentiam
de chriſto habuerũt Et poſt eos duodecim prio
res·ſignificantes omnes qui fide ſancte trini-
tatis·vel trium vel quatuor virtutum operibꝰ
choruſcãt·quos comitantur tres acoliti cum
thuribulis et incenſo·ſignificantes tres ma-
gos qui chriſto munera obtulerunt·Deinde ſe
quitur vnus ſubdiaconus codicem euãgelij ba
iulans qui ſignificat legẽ·qui ideo pontificem
precedit·q2 lex continens in ſe paſſionis euan-
geli cum ſacramentum preceſſit chriſti aduen
tũ ꝛ portat illũ clauſũ·ad notandum ꝙ illud in
lege fuit obſcurũ·priuſquã agnus ſeptem
libri ſigilla aperiret·Deinde pontifex a duo
bus quaſi in curru vehitur·quem turba comi-
tatur orando·in quo deſignatur ꝙ populus ſe-
quitur chriſtum in celum·In quo comitatu de-
cem ſunt ordines·ſcilicet Hoſtiarij·Lectores·
Exorciſtẽ·Acoliti·Subdyaconi·Dyaconi·Pre
ſbiteri·Cantores·Layci·Mares·et Mulieres·
quia currus dei decem milibus multiplex mili-
bus dicitur·ad inſinuandum eorum perfectionẽ
Sed dyaconos·ſubdyaconos et acolitos·pre-
ſertim ſecum paratos adducũt·iuxta illud·Ec
ce ego mitto ad vos prophetas ſapientes·ꝛ ſcri
bas·Prophete ſunt dyaconi·ſapientes ſubdya-
coni·ſcribe acoliti·Hiis ſiquidem chriſti vicariꝰ
et ipſe chriſtus in publicum deducitur in modũ
adoleſcentularum timpaniſtriarum·Cum au-
tem productum cantores et duo chori eum ſu-
ſcipiũt gratulando cantantes introitum cũ Glo
ria in excelſis Nempe cantores ſiue clerici in al
bis exultantes angeli ſunt·qui chriſtum aſcen
dentem cum gloria ꝛ laudibus in altiſſimis ex
ceperunt·Duo chori qui laudes concinunt·ſunt
duo populi·iudaicus et gentilis·qui chriſto ve
nienti ad eum laudibus occurrunt Ipſa vero ꝓ
ceſſio eſt via ad celeſtem patriam·Aqua bene-
dicta ꝓcedens mundicia vite eſt·Luminaria mi
ſericordie opera·iuxta illud·Sint lumbi veſtri
precincti·et lumen ardens in manibus veſtris·
ꝛcẽ Siquidem pontifex ſeu ſacerdos quaſi me-
dius collocatur inter clerum et crucem prece-
dentem et populum ſubſequentem·tanquam me
diatoris dei ꝛ hominum vices gerens·Prete-
rea maiores in choro ꝛ in proceſſione poſterio
res ſunt quia ſalus fit deſcendenti·Vnde zache
us princeps publicanorum·quia puſillus erat
cum aſcendiſſet Sicomorum vt videret iheſum
tranſeuntem ait ei iheſus·Zachee deſcende·quia
hodie oportz me manere in domo tua·At ille de
ſcendit·et accepit illum gaudens in domum ſu-
am Iudei vero in ſublime ſtantes erant ꝛ maio
res eorum primas cathedras in ſinagogis ha-
bent·Crux ergo quaſi regale vexillum et
triumphale ſignum in proceſſionibus premit-
titur·Primo vt fugiant qui oderunt eum a fa-
cie eius·eſt enim ſignum victorie chriſti·iuxta
illud Vexilla regis prodeunt·Fulget crucis ꝛcẽ
quo demones victi ſunt·Vnde illo viſo timent·
et fugiunt·et propter hoc in quibuſdam locis
tempeſtatibus aeris opponitur·demones fu-
giant et ab aeris concitatione deſiſtant·Nem-
pe ſancte crucis miſterium eſt noſtrum ſignum
et vexillum·Vnde iſaie vndecimo·Stat in ſig-
num populorum·ipſum gentes deprecabuntur
et erit ſepulchrum eius glorioſum Secundo cru
cis vexillum premittitur·quia ſicut ait apoſto
lus ad Galathas·Abſit nobis gloriari·niſi in
cruce domini noſtri iheſu chriſti per quẽ mũdꝰ
nobis et nos mundo crucifigi debemus·De hoc

etiam ſub titulo 𝔡 euangelio dicetur· Quando
qꝫ etiam vexilla premittuntur·vt dicetur in ſex
ta parte ſub titulo de rogationibus · Sane
vt premiſſum ē·dum fit proceſſio campane pul
ſantur·Nam ſicut rex terrenus in exercitu ſuo
regalia habet inſignia·ſcilicet tubas et vexil=
la Sic et rex eternus chriſtus in eccleſia ſua mi
litanti campanas pro tubis et cruces pro vexil
lis habet · De quo in prima parte ſub titulo de
campanis dictum eſt · Adhuc campanarū ſtre
pitus prophetas qui chriſti aduentum preuun
ciauerunt figurat· Panni ·et alia ſubſter=
nuntur in locum vnde tranſire et ad cantandū
proceſſio ſtare debet · Iuxta illud Thobie pe=
nultimo · Platee tue ſternentur auro mundo ·
et candido · et in vijs eius cantabitur alleluia ·
Illud autem ſciendum eſt ꝙ quatuor ſunt ſolen
nes proceſſiones·ſcilicet in purificatione bea=
te virginis marie·in ramiſpalmarum ·in paſca·
de quibꝰ in ſuis locis dicetur·et quarta que fit
in aſcenſione domini· ad repreſentacionem illiꝰ
vltime proceſſionis · quam diſcipuli poſt domi=
num in die aſcenſionis eius in celum fecerunt ·
venientes ſimul cum eo ad montem olıueti· Vn
de aſſumptus eſt videntibus illis·in cuius pro=
ceſſionis repreſentationem fit proceſſio in domi
nicis diebus· Sciendum eſt enim ꝙ primiti=
ua eccleſia obſeruat diem dominicam ſolennem
vt et modo· et fiebat in ea proceſſio in memo=
riam reſurrectionis ⁊ obſeruabat etiam quin=
tam feriam·⁊ fiebat in ea proceſſio in memoriā
dominice aſcenſionis·ſed multiplicatis ſancto=
rum feſtiuitatibus ſublata eſt ſolennitas quin
te ferie⁊ eius proceſſio per Agapitum papam
in dominicam tranſlata eſt vt a populo tunc ad
eccleſiam conueniente ſimul ⁊ ſolenniter vale
ant celebrari· ⁊ propter hoc dies iouis dicitur
vulgariter cognata diei dominice· quia videli=
cet antiquitus par ſolēnitas fuit vtriqꝫ In die=
bus igitur dominicis proceſſionem facientes re
ſurrectionem dominicam memoramus⁊ proceſ
ſionem per diſcipulos poſt dominum factam re
prenſentamus·non ꝙ illi eam in dominica die fe
cerint vt premiſſum eſt Nempe egrediendo ec=
cleſiam ⁊ regrediendo ad eam· quaſi de iheruſa
lem redimus ad iheruſalem·prout illi fecerunt·
et ſequimur crucem ſicut illi crucifixum ·et licet
illi ſine iheſu redierunt nos tamen cum cruce re
dimus·pro eo quod ipſe dixit · Vobiſcum ſum
vſqꝫ ad conſumationem ſeculi· que proceſſio an
teqꝫ tercia dicatur facienda eſt ·prout in ſexta
parte ſub aſcenſione dicetur·Non eſt eciam p̄=
termittendum ꝙ in dominicalibus proceſſioni
bus de nouo dumtaxat teſtamento cantare et
virginē ſalutare· ⁊ aliquid quod ad eius laudē
proprie ptineat cantare debemus·ex quo etiam
conſuetudo inoleuit vt in clauſtris oratorium
virginis conſtruatur · quam in ſtacione prima
ex priſtina conſuetudine ſalutamus·licet enim

dicatur ꝙ chriſtus reſurgens prius magdale=
ne apparuerit · verius tamen creditur ꝙ matri
ſue ante omnes apparuerit ſed ad euangeliſtas
hoc dicere non pertinuit·quorum officium fuit
teſtes reſurrectionis inducere·nec decuit·ad te
ſtificandum pro filio matrem inducere · Si enī
verba extranearum feminarum viſa ſunt in cre
dulis deliramenta quomodo non magis matrē
pro filij amore crederent deliraſſe·et ſic roma=
na ſentire videtur eccleſia que in prima die poſt
reſurrectionem ſcilicet in paſca apud beatā ma
riam maiorem celebrat ſtationem· quaſi prepo
nens iheruſalem id eſt virginem que vidit pacē
pre alijs in principio leticie ſue·quocirca· ſicut
prima die ad miſericordiam ſuam apud ſanctā
maiorem precurrimus · ſic et ad eius honorem
in dominicalibus proceſſionibus prima ſtacio
deputatur ·vt eam laudibus extollentes ·et ad
eius oratorium feſtinantes·cum ſponſo dicere
videamur · Vadam ad montē mirrē·et ad collē
thuris·Mons quidam eſt ipſa beata virgo·ad
quam filius reſurgens vadit apparendo et nos
adorando· Poſtremo notandum eſt ꝙ in qui
buſdam eccleſijs poſt proceſſionem omnes cle=
rici ante crucifixum veniunt inclinantes illi et
dicentes·Aue rex noſter benedictus·Sed ⁊ qui
plumalia aut alias ſolennes veſtes portarunt
ante altare illas deponunt · primo ad repreſen
tandum ꝙ filij hebreorum ſternebant veſtimen
ta ſua in via ante chriſtum · in proceſſione ſibi
iheruſalem venienti facta · Secundo ad oſten=
dendum ꝙ diuino vacaturi officio·omnia mun=
dana a mentibus abicere debent

De confeſſione

PRiuſquam ſacerdos vł epiſcopus gra
dus altaris aſcendat ·et anteqꝫ ſacrū
ordinetur officium·ad ſeipſum reuer
tens inclinat ſe ante altare·ſignificat chriſti ex
inanitionem qui inclinauit celos et deſcendit cū
ſe formam ſerui accipiens exinaniuit · et con=
ſiderans qđ ſicut dicit ſalomon · Iuſtus in prin
cipio ſermonis accuſator eſt ſui · confiſus etiā
de illa prophetica conſolatione Dixi confitebor
et tu re· ⁊c̄ · De peccatis ſuis cum aſtantibus
generaliter ·pſ·illum premittens · ex inſtituto
ne celeſtini pape primi ·rite ad hoc conuenien=
tem Iudica me deus · ⁊c̄ · vt diſcretus agente
non ſancta · et ab homine liberatus iniquo ·
Ad altare dei dignus introeat· Petit libera=
ri a temptacione·et illuminari a gracia ·vt patꝫ
in ipſo pſalmo · Petit etiā a deo· vt det ei quod
offerat·ſcilicet filium ſuum quem niſi ei daret ·
prout abrahe dedit non haberet quod offerret
Fit ergo confeſſio vt purior ſit et ſine macula in
grediatur·in qua notādum eſt·quia non vt qui
dā minus prouide faciūt in ſpecie ne cauterizē
tur conſcientie auditorū·ſed in genere ſūt ↄfitēda

peccata· quoniam iſta cōfeſſio non eſt occultā
ſed manifeſta· Et nota ꝙ cum in templo ſalo=
monis dedicato ſacerdotes dicerent Confitemi
ni domino quoniam bonus quoniam in ſeculū
miſericordia eius· nebula impleuit domum do=
mini et obumbrauit facies ſacerdotum· ita ꝙ ſe
inuicem videre non poterant· et ait Salomon· di
xit dn̄s quod inhabitaret in nebula· dixit· id eſt
opere demonſtrauit· quoniam in monte ſinai ap
paruit in nebula iſrahel in nube preceſſit· ⁊ ante
moyſen in cauerna poſitum trāſiuit in nebulam
Percutimus autem pectus cum peccata con=
fitemur· exemplo publicani qui pectus ſuum ꝑ
cuciebat dicens domine propicius eſto mihi pec
catori In tonſione quidem pectoris tria ſunt·
ictus· ſonus· ⁊ tactus· per que ſignificant tria
que ſūt i vera penitentia neceſſaria videlicz cor=
dis contricio· oris confeſſio et operis ſatiſfa=
ctio· quia in tribus peccamus ſcilicet corde ore
et opere· Demde pro circūſtantibus orat indul
gentiam peccatorum implorans· Nam chriſt9
de ſecreto patris in mundum veniens· et de vte
ro virginali ꝓcedens patrib9 ſuſpiria multipli
cātib9 ꝓ nobis paſſur9 ihcruſalem introiuit· in
mortē ſe inclinauit· cauſam ſuam ↄtra hominē
doloſum et iniquum deo committentes· ⁊ patri
confeſſionem fecit dicens Cōfitebor tibi pater
celi· ⁊c̄· ipſe quoqꝫ nobis indulgens ꝓprio cor
pe peccata noſtra portauit· Sane pontifici factu
ro ↄfeſſionem ſubdyacon9 manipulum corā al
tare immittit· Primo ad notandum ꝙ conceſſa
tēporalia ꝑ manum alienam puta ſubdiaconi vł
alterius· ⁊ non ꝑ propriam recipere et admini=
ſtrare debet· Secundo ad deſignandum ꝙ non
ſufficit oris confeſſio niſi et boni operis fruct9
per manipulum deſignatus ſequatur· Tercio
vt videns ſe inferioris miniſterij ornamento or
nari animo humilietur· Rurſus ideo pontifex
poſt acceptam caſulam et non ante manipulum
recipit· quia chriſtus cui9 typum gerit nō pri9
manipulos operum· qui per manipulum ipſum
deſignantur obtulit· q̄ꝫ celeſtem haberet con=
uerſacionem que per caſulam figuratur· prout
in parte tercia ſub dalmatica dictum eſt Sacer
dos vero econtra ante indictam caſulam mani=
pulum ſumit· quoniam celeſtem conuerſationē
adipiſci nequit· niſi prius ſanctorum operū ma
nipulos portet· Ad hoc pontifex· poſtq̄ꝫ ad al=
tare peruenit manipulum recipit· ad notandū ꝙ
tunc demum bonorum operum effectiuum pre=
mium precipiemus cum ad eterni tribunal iudi
cis perueniemus· Sacerdos autem dum facit
ↄfeſſionem ⁊ etiam ſepe in miſſe officio manus
iungit· que manuum iunctiones deuotōnem ſig
nificant· Et quia illa in aliquo eſt maior· et in
aliquo minor· ideo certus manuum iunctionū
non eſt numerus determinatus· Rurſus ſacerdo
tis manuum iunctio ſignificat omnium bonoꝝ
a deo fluentium in ipſo vnitatem ⁊ ↄiunctionē

et quia infinita bona infinitis ⁊ indeterminatis
modis poſſunt a deo procedere· ideo manuū iun
ctiones ſacerdotis numerus determinatus non
eſt· Inclinationes vero ſacerdotis in officio miſ
ſe ſcd̄ꝫ morem quarundam eccleſiarum ſub cer
to numero perſtringunt· quoniam regulariter
octo vicibus profūde coram altare· et tredecim
vicibus mediocriter ſupra altare inclinat· octo
profundas inclinatōnes ante altare facit ad re
ferendas gratias ipſi chriſto· de octo princ pa
lib9 que egit ante ſui imolationem q̄ꝫ ſacerdos
in officio figurat altaris· primum fuit admira=
bilis incarnatio· ſecūdum fuit diſcipuloꝝ gra
tuita vocatio· tercium demonis in temptacioni
bus ſupatio· q̄rtum miraculorum opatio quin=
tum infirmorum ſanatio· ſextum mortuoꝝ re=
ſuſcitatio· ſeptimum omnium queſtionū ei pro=
poſitarum per ſuam ſapientiam determinatio o=
ctauum ſalutaris populorum inſtructio· ⁊ que
cunqꝫ añ ſui imolationē egit· Ad hec octo ſcd̄ꝫ
dernh· reduci videntur· xiij· vero inclinationes
mediocriter facit ſupra altare· qꝛ chriſtus· xiij·
principalia fecit in ara crucis ſumēdo aram cru
cis ꝓ toto tpe ſue paſſionis que quidem incepit
in hora captōnis· primum fuit iude ꝓditoris di
ſcreta redargutio· dicens· iuda oſculo filium ho
minis tradis· ſecundum fuit ipſum capturis ſui
prebitio dicens eis· quem queritis· qui reſpon=
derunt ihcſum nazarenū· quibus reſpondit ego
ſum· Tercium falſis teſtibus ⁊ regibus man=
ſueta reſponſio· Quartum ſputoꝝ ⁊ verborum
ſine murmuratione tolleratio· Quintum in his
que vidit ⁊ audiuit nulla ſibi data perturbatio
Sextum diſcipuli eum ter negantis culpe ↄdo=
natio Alia vero ſeptem enumerat ambroſius·
ab eo in ligno crucis facta dicens· Actor pieta
tis in cruce pēdens officia diuidebat perſecutio
nem apoſtolis· pacem diſcipulis· corpus iudeis
ſpiritum patri· paranimphum virgini· paradiſū
latrōni· et infernū peccatori· Oſcula quoqꝫ ſub
certo numero fiunt· prout dicetur in quarta pa
ticula canonis

¶ De incenſo benedicendo·
et in thuribulū mittendo

POſt factam confeſſionem· et datā ab
ſolutionem pontifex vel ſacerdos pri9
q̄ꝫ dicat· Deus tu conuerſus· ⁊c̄· incē
ſum cum benedictōne in thuribulo ap
ponit repreſentans ꝙ legalis ſacerdos ferens
ſanguinem et carbones· cum thimiamite in thu
ribulo orans ponebat· donec fumus eum ob=
umbraret· prout dictum eſt in prohemio hu=
ius partis Per hoc etiam illud inſinuans· quod
angelus venit· et ante altare ſtetit· habens
thuribulum aureum in manu ſua· quod im=
pleuit de igne altaris· et data ſunt ei incenſa
multa vt daret de orationibus ſanctorum·

Sane angelus eſt chriſtus thuribulum aureū
corpus immaculatum altare eccleſia ignis cari
tas incenſum oracio ſecundum illud ꝓpheticū·
Dirigatur oracio mea ſicut incenſum in conſpe
ctu tuo· Venit ergo angelus id eſt chriſtꝰ qui
ſtetit ante altare id eſt in conſpectu eccleſie ha
bens thuribulum aureum id eſt corpꝰ imma=
culatum plenum igne id eſt caritate ·et data ſūt
ei ſcilicet a fidelibus incenſa multa id eſt ora=
ciones vt daret id eſt repreſentaret eās patri d
oracionibus ſanctorum· Et nota· quia nō dicit
oraciones chriſtus enim nō omnes oraciones
exaudit ſed dicit de oracōnibus de illis videlicꝫ
que pertinent ad ſalutem Vnde cum paulus ter
dominum rogaſſet vt ab eo ſtimulū carnis auf
ferret reſpondit ei dominus ſufficit tibi gracia
mea nam virtus in infirmitate perficit· Epiſco=
pus ergo vel ſacerdos thus in thuribulo appo=
nit·quia chriſtꝰ oraciones inſpirat in animo vt
per ipſum offeratur incenſum in odorē ſuauita=
tis· Sacerdos autem miniſter incenſum repreſē
tat epiſcopo vel dyaconus ſacerdoti quia lex il
lud preciosum thimeama confecit ꝙ in odorem
ſuauitatis altiſſimo offerret de quo dominꝰ ſub
dit in exodo triceſimo capitulo · Talem confe=
ctionem non facietis in vſus veſtros quia ſan=
ctum eſt domino ·et homo quicunqꝫ fecerit ſimi
le vt odore illius perfruatur· peribit de populis
ſuis · Et ex hoc verbo fuerunt qui dicerent· ꝙ ſi
oblato thure· ⁊ benedictio ſupra altare· thuri=
bulum deſcendat· ab altari ad clericos vel lai=
cos· tūc aliud ibi thus ſine bn̄dictōne apponēdū
eſt ⁊ omnibꝰ tam clericis quā laicis offerendū
tanquā illud ſpectet ad latriam iſtud ad duliā
Melius tamen ſecundum ſpiritum quam ſecun
dum litteram intelligitur · nam littera occidit
ſpiritus viuificat · et propter premiſſam etiam
cauſam odor thuris benedicti non datur in ec=
cleſia ſponſo et ſponſe· Per concremacionē vel
conſecracionem vero thuris ſignificatur · ꝙ ſa
cerdos orationem feruentem et deuotam debet
habere· Thus enim virtutem habet aſcenden=
di ex fumi leuitate conſolidandi ex ſui qualita=
te· cōſtringendi ex glutinitate ꝯfortandi ex a
romaticitate· ſic oracio aſcendit in dei memoriā
animam conſolidat · quantum ad culpam pre=
teritam impetrando medelam · et conſtringit ·
quo ad comittendi licenciam et confortat quo
ad preſentem impetrando tutelam · de quo eciā
dictum eſt ſub ti· de acceſſu pontificis ad alta=
re· et dicetur ſub ti· de thurificatione· Nauicu=
la vero in qua incenſum reponitur · deſignat ꝙ
per oracionem quam incenſū ſignificat · de hu=
ius mundi mari magno et ſpacioſo ad celeſtem
patriam ſatagimus nauigare· Vnde in prouer
bi· facta eſt quaſi nauis inſtitoris · portans de
longe panem ſuum · Poteſt eciam dici · ꝙ per
thuribulum cor hominis · per ignem feruor de
uocionis· per incenſum oraciones · per nauicu=
lam eccleſia in qua deuote orationes offerunt·

que per angelum ad deum perferuntur ſigna=
tur· Vaſcula quibus ignis recipitur ſunt filij ·
qui corda patrum pietate fluēcia imuitātur · et
flammam celeſtis ſacrificij · quam in proximo
rum mentibus aſpiciunt in ſuis accendere ſata
gūnt · Inſtrumenta vero quibus ignis ad al=
tare portatur ſunt predicatores · qui exemplis
ſanctorum caritatis ignē portant ⁊ in corda fi
delium transferunt que corda patrum in filios
conuertunt· Thuribulum autem quid ſignifi=
cet dicetur ſub ti· de thurificatione·

De Oſculo altaris et libri· R·

Poſt immiſſum in thuribulo incenſum ſa
cerdos ſeu epiſcopus dicto · deus tu
conuerſus· ⁊c· ſacrum oſculatur al=
tare vt notetur pacificatio cum iu=
deis et ad deſignandum ꝙ chriſtus ad nos ve=
niēs· ſanctam ſibi copulauit eccleſiam· Iuxta il=
lud Epitalamicum oſculetur me· oſculo oris ſui
In oſculo ſiquidem os ori ꝯiungitur· ⁊ in chri=
ſto non ſolum humanitas eſt vnita diuinitati ·
Verum eciam ſponſa copulata eſt ſponſo iuxta
illud propheticum· Quaſi ſponſa decorauit me
corona· ⁊ quaſi ſpōſam ornauit me monilibus ·
Rurſus quando prophetalis verſus introitus a
cantore incipitur· ſacerdos ad altare aſcēdens il
lud oſculatur qꝛ prophetarum teſtimonio chri=
ſtus venit in mundum · ⁊ ad paſſionem altaris·
Quociens autem in officio miſſe oſculetur altare
⁊ in qua pte eius oſcula fiant et quare manibꝰ
ſupra illud depoſitis· et q̄re ſigno crucis in lo=
cis oſculādis poſt impreſſo· dicetur ſub quarta
particula canonis · In hoc autē loco altare ſig
nificat populum iudaicū· Codex vero euangelij
ſiue euangeliū populum gentilem qui per euan
gelium credidit· Ideo ergo epiſcopus vel ſacer
dos euangelium ⁊ altare oſculatur· qꝛ chriſtꝰ
vtriqꝫ dat pacem · quando lapis angularis fa=
ctus fecit vtraqꝫ vnū· Poteſt eciam dici ꝙ ſub
diaconus librum euangelij qui clauſus porta=
batur offerunt epiſcopo vel ſacerdoti· Ille vero
ad altare perueniens illum aperit· ad inſinuan=
dum illud qd̄ in apocalipſi deſcribitur ꝙ nemo
dignus eſt aperire librum qui intus erat ſcrip=
tus · ⁊ foris ſigillis ſeptem ſignatus niſi leo de
tribu iuda clauis dauid· qui librum aperuit ⁊ vi
eius ſignacula ſoluit· Per altare ꝙ eccīa ſigna
tur iuxta illud exo· Si altare lapideum feceris
mihi nō edificabis illud de ſectis lapidibꝰ· Per
ſectionem lapidū in altari diuiſionem fideliū re
probat eccleſia· ne videlicꝫ ꝑ errores ⁊ ſciſmata
diuidantur Liber ergo aperit· cum epiſcopꝰ ad
altare puenit· quoniam vbi chriſtus primitiuā
apoſtolorum ꝯgregauit eccleſiam docens ⁊ p̄=
dicans ſcripture miſteria reuelauit dicens· Vo
bis datum eſt noſſe miſterium regni dei· ceteris
autem in parabolis· Vnde poſt reſurrectionē
aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas

Rectius igitur facit epiſcopus cum ipſemet a=
perit librum euangeliorum· licet ⁊ chriſtus per
miniſtros ſuos patefecerit miſteria ſcriptura=
rum· Libro vero aperto illum oſculatur a par=
te ſiniſtra ad ſignificandum ꝙ predicatores re
conciliauerūt et obtulerunt gentes chriſto qui
bus ipſe per ſe non predicauit· licet ⁊ ipſe per ſe
pacem in euangelio predicauerit dicens · Pacē
meam do vobis· etcetera· quia vero ipſe et iam
in cruce pendens pacem fecit· ideo mox tranſi=
turus ad dextrum cornu altaris ſignat ſe ſig=
no crucis· quia vt ait apoſtolus ad ephеſeos ·
chriſtus pax noſtra vtraqꝫ fecit vnum· duos ⁊
diuerſos parietes id eſt populos copulans ·

¶ Poſt hoc codex euangelij ſup altare clauſus
ponitur qđ quantum ad hec ſignificat iheruſa=
lem· ꝑut ſub euangelio dicetur Deinde roma
nus pontifex et etiam alij quidem conuerſus o=
ſculatur diaconus· vt oſtendat pacē illam in ad
uentu chriſti veniſſe quam prophete promiſe=
rant Vnde dauid· Orietur in diebus eius iuſti=
cia· ⁊ habundantia pacis donec auferatur luna
Et alius propheta Pax erit in terra noſtra cū
venerit· Et ideo chriſto naſcēte vox intonuit an
gelorum · Et in terra pax hominibus bone vo=
luntatis · Oſculum enim quandoqꝫ pacem ſigni
ficat· prout dicetur ſub titulo de oſculo pacis ·

¶ Dyaconus vero ſtatim ſe inclinans oſcula=
tur pectus eius deſignans ꝙ inſpiratione diui
na prophete pacem predixere futuram Nam ⁊
Johannes ſuper pectꝰ domini recumbens euā
gelij fluenta· de ipſo ſacro dominici pectoris fō
te potauit In nonnullis vero eccleſijs epiſco=
pus primum oſculatur miniſtros· poſtea altare
deinde euangelium· quoniā chriſtus primū re=
conciliauit ſibi apl'os· poſtea iudeos deinde gē
tiles In quibuſdam etiam locis offert oſculum
pacis cantoribus quaſi retrorſum implēs illud
Pacem meam do vobis· pacem meam ·r· vobis
Dat quidem preſentibus· relinquit abſentibus
nec ante oſculum pacis cantores dicunt gloria
patri· quia fides trinitatis non ante claruit · q̄ꝫ
ſe dominus inclinauit ⁊ nos reconciliauit · ⁊ tri
nitatem per apoſtolos predicari mandauit · Et
ideo oſculo dato epiſcopus innuit eis vt dicant
Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto · Sicut e=
rat in principio et nunc ⁊ ſemper· ⁊c̄ Ecce quod
cantor annunciat· ſcilicet ꝙ corda patrum con
uertantur in filios· Abraham tres vidit et v=
num adorauit· Sic oportet nos filios eius crede
re trinitatem in vnitate· Poſt datam ergo pa
cem cantor dat ſancte trinitati gloriam· quaſi
diceret Referimus gloriam deo patri et filio et
ſpiritui ſancto· quia pacem quam prophetauit
per ſanctos ſuos prophetans· nobis in nouiſſi=
mis temporibus dignatus eſt oſtendere · Quā
do vero dicit· Sicut erat in principio· diaconi ad
altare procedunt et iterum reuertuntur ad epi
ſcopum· In quo figuratur ꝙ ideo apoſtoli ſe mor
ti tradiderunt vt chriſti corpore adunarentur ·
prius autem ſteterunt cum epiſcopo ante alta=
re inclinati Sed cum verſus ipſe incipitur ſe eri
gunt · quia chorus ſanctorum martirum ante
nouiſſimam tribulationem in conualle lacrima
rum manent· Poſtea vero martirio coronati· e=
recti ſtabunt liberati ⁊ ſecuri ante dominū ſem
per Oſculo autem dato rurſus diaconi cum pon
tifice orant· quaſi dicant· Domine doce nos ora
re· In quibuſdam etiam eccleſijs diaconi bini et
bini latera altaris altrinſecus ſiue alternatim
oſculantur· eo ꝙ dominus apoſtolos binos mi=
ſit ad predicandum· dicens eis· In quamcunqꝫ
domū intraueritis· dicite pax huic domui qui re
uerſi ſūt ad xp̄m ſic diacones reuertunt̄ ad ep̄m

¶ De thurificatione·

POſt datum oſculum epiſcopus ſeu ſa
cerdos accipiēs de manu diaconi thu
ribulum ſacrum incenſat altare· quia
chriſtꝰ corpus aſſumēs de genere prophetarꝫ
factus ex ſemine dauid ſcđm carnem· ſiue ora=
tionibꝰ fouet eccleſiā· ſcđꝫ ꝙ orat in euāgelio
pater ſancte ego ꝓ eis rogo · ⁊ non ꝓ eis tan=
tum ſed ⁊ pro illis qui credituri ſunt per verbū
eorꝫ Quod autem diaconus poſtea thuribulū ac
cipit vt incenſet epiſcopum vel ſacerdotem mo
raliter inſtruit· ꝙ ſi digne volumꝰ incēſum ora
tionis offerre thuribulum incarnationis debe=
mus tenere· Nam ſine fide mediatoris homines
deo placere nō poſſunt· ſꝫ iuxta verbum promiſ=
ſionis ipſius Si quid pecierit in oratione credē
tes accipient· Per thuribulum enim verbum ac
cipitur incarnatū· nam ſicut in thuribulo pars
ſuperior et inferior tribus cathenulis vniūtur
ita in chriſto tres ſunt vniones quibus diuini=
tas ⁊ humanitas vniuntur vnio carnis ad ani
mam· vnio diuinitatis ad carnem· et vnio diui=
nitatis ad animam· Quidam enim quartam v=
nionem aſſignat videlicet diuinitatis ad compo
ſitum ſimul ex anima et carne· Vnde et quedam
thuribula quatuor cathenulas habent· De hoc
autem thuribulo moyſes inquit ſpecialiter· ad
aaron · Tolle thuribulum et hauſto igne de al
tari mitte incenſum deſuper · Eſt et alia in thu=
ribulo conſideratio· prout in titulo de acceſſu pō
tificis ad altare tactum eſt · Rurſus ideo
thurificato altari epiſcopus vel ſacerdos thu=
rificatur · ad ſignificandum ꝙ ſicut chriſtus ē
altare ⁊ hoſtia ſic et pontifex ⁊ ſacerdos cui eſt
orationis ſacrificium offerendum · quia vero
adoratur non ſolum inquantum deus · ſed etiam
inquantum homo · Et ideo in quibuſdam eccle
ſijs pontifice thurificato altare a dyacono cir=
cumcirca thurificatur · Vnde pſalmiſta · Circū
dabo altare tuum domine· Sane thuribulum
aureum ſignificat ſapientiā quia omnes theſau
ri ſapientie ⁊ ſcientie dei in ea fuerūt abſcōditi

vnde ſtetit angelus iuxta altare·h·t·a·in m·ſ·l
chriſtus reſurgens carnem habuit in poteſta=
te Argentum ſignificat chriſti carnem·ab om=
ni labe mundam ⁊ mundicia renitentem·Cupre
um fragilem ⁊ mortalem Ferreum reſurgentis
fortitudinem· Si quatuor habet cathenulas de
monſtrat eam ex quatuor elementis conſtare·
Vel quatuor virtutibus·ſcilicet iuſticia·pru =
dencia·fortitudine·⁊ tēperancia decorari·Qui=
ta que ptes diuidit animā deſignat que ſei mor
te a carne in illo triduo ſeparauit·Si vero tres
habet cathenulas figurat animam carnē ⁊ ver
bum i vna conuenire perſona·Quarta que par
tes ſeparat poteſtas eſt·qua animam ſuam po=
ſuit pro ouibus ſuis·Si vna tantum cathenula
ſuſtentatur deſignat ꝙ ſolus de virgine genera
tur que deꝫ ſolꝰ ē inter mortuos liber·Circulꝰ
cui hec omnia innectuntur eſt deitas que nullo
termino clauditur·a qua hec omnia continētur
et operantur·preter miſticaꝫ eclaꝫ rationem ob
hoc altare incenſatur vt omnis ab eo nequicia
demonum propellatur·Fumus enim incenſi va=
lere creditur ad demones effugandos·Vnde cū
thobias interrogaſſet angelum· quot remedia
haberent ea que de piſce iuſſerat obſeruari·Re=
ſpōdit cordis eius particulam ſi ſuper carbones
ponas·Fumus eius omne demoniorum genus
extricat·Sother papa ſtatuit ne moniales incē
ſum circa altaria ferant·

¶ Qualiter epiſcopus vel ſacerdos·
et miniſtri ad altare ſtare debent·

Thurificatione peracta epiſcopus vel
ſacerdos·ad dexteram altaris partem
ſe transfert·ibi vna cum miniſtris pla
ne officium ⁊ kyrieleiſon dicit qui tranſitus de
medio altaris ad dexteram ptem·ſignificat chri
ſti tranſitum de paſſione per reſurrectionem ad
vitam eternam·Item a leua tranſiens in dexterā
imitatur chriſtum ingredientem mundum·le=
uam enim tetigit chriſtus quando temporalem
aſſumpſit vitam·ad dexteram iuit·quādo carnē
aſſumptam ad dei dexteram eleuauit·Rurſus
per hoc ꝙ accedens ad altare·prius dexteram
illius partem petit innuit·ꝙ emanuel in lege ꝓ
miſſus prius venit ad iudeos quam ad gentes
Iudei enim tunc propter legem in dextera par=
te fuerunt·gentes vero quaſi in ſiniſtra·quia
ydola colebant·Sacerdos vero veſtibus ſacris
ornatus·chriſtum carne noſtre humanitatis
veſtitum ſignificat veniens ad altare·chriſtum
de celis veniſſe ad populum·vt eum ſaluaret·de
ſignat·Deinde in dexteram tranſiens deſignat ꝙ
chriſtus in mundum veniens venit ad iudeos·
de quibus voluit naſci Beata enim maria iudea
fuit·De hoc tranſitu dicetur ſub titulo de muta
cione ſacerdotis et oracione·Et nota ꝙ licet do
mino papa celebranti·vel miſſam audienti le=
gatur ā capellanis ſuis introitus·et kyrieleiſō
et gloria in excelſis·et credo·et ſanctus·et ag=
nus·non tamen graduale·vel alleluia·vl' tra
ctus vel offertorium·vel poſtcommunio·pro
eo quod illa inſtructoria ſunt et introductoriā
quibus ipſe non eget·Illud autem notandum ē
ꝙ ſacerdos ſtat erectꝰ ante altare·ad notandū
ꝙ chriſtus venit ſuos regere inuincibili doctri
na·et reſpicit verſus orientem·quia chriſtꝰ nō
ſuam ſed patris voluntatem queſiuit·nec reſpi
cit retrorſum tum quia chriſtus ſemper patris
faciem intuetur·Iuxta illud·Scio vnde venio·
et quo vado tum quia nemo mittens manum ad
aratrum ⁊ reſpiciens retro aptꝰ ē reg·dei·ymo
ad populum dorſum vertit·repreſentans quod
dominus ait ad moyſē Videbis poſteriora mea
faciem autem videre non poteris·exo·xxxiij·
c·Epiſcopi autem et ſuperiores celebrantes
non antē altare·ſed remoti ab illo ad dextrum
eius latus vſqꝫ poſt dictum offertorium manēt
quod fit primo ad repreſentandum·ꝙ ex late=
re chriſti·qui per altare ſignificatur initium no
ſtre redemptionis fuit·Secundo fit hoc non ſo=
lum ad maiorem ſolēnitatem vt per hoc a mino
ribus ſacerdotibus decernantur·verꝫ etiam fit
hoc q² ipſa in miſſa repreſentant·non ſolū chri=
ſti dignitatem ⁊ excellentiam ante eius oblatō
nem·verꝫ etiam humilitatem et obedientiam in
ipſa ſui oblatione et conſecratione·Siquidē chri
ſtus quantum ad ſui dignitatem eſt patri equa
lis ⁊ ſedet a dexteris dei patris·prout in ſimbolo
legitur·quod repreſentat prelatus ſtans ante
oblationem ad dexteram altaris In ſui vero ob
latione chriſtus pro nobis factus eſt hoſtia·
Et ideo prelatus eius vices gerens ex tunc ip=
ſi altari·qđ aram crucis inſinuat debet totaliter
inherere· Tercio quoniam prelatorum actus
eſſe debent ſubditis ad doctrinam·ideo vſqꝫ tūc
manet ab altari ſeparatus·et ex tunc manus la
uandum et thurificandum ⁊ ſacrificandum ad
altare accedit vt oſtendat quecunqꝫ in miſſa ꝓ
cedunt ſolennitates ⁊ laudes eſſe·ſed tunc de=
inde ad eſſentialia ſeu ſubſtancialia peragenda
accedit·Quarto in hoc repſītat·ꝙ legalis pon
tifex intrans ſanctaſanctorum carbones fere=
bat et ſanguinem prout tactum eſt in prohe=
mio huius partis·Quinto fit hoc ad repreſen=
tandum quod ait propheta·Dixit dominus do=
mino meo·ſede a dextris meis·Donec ponam
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum Sacer
dos quidem chriſtum repreſentans ſedet ad dex
tris altaris deum patrem in hoc loco ſignantis
donec ad conſecrandum hoſtiam accedat·per
quam fracta ſunt tartara·et inimici demones
deuicti et quaſi ſcabellum pedum poſiti·Mini=
ſtri vero ſcilicet dyaconus et ſubdyaconus re=
tro illum ad altare ſtant·qui tamen in veniēdo
ꝑceſſerunt ſignantes martires qui in veteri te=
ſtamēto fuerūt·⁊ tamē poſt domini natiuitatē

digne coronantur · et ad quamcūqʒ altaris par
tem ille tranſierit ipſum retroſtantes ſecuntur
vt oſtendant impletum eſſe quod dominus am
monuit dicens Qui mihi miniſtrat me ſequatur
et vbi ego ſum · ⁊c̄ · Intendentes ſemper atq̄ʒ ſol
licite in illum ad notandum ꝙ fideles quamuis
adhuc in hac vita poſiti · tamen eternitati chri=
ſti ſemper intendunt In quibuſdam etiam eccle
ſijs illo ſe vertente ad populum illi ſimiliter ſe
vertunt et illo ſe conuertente ad altare ſe ſimi
liter conuertunt · Nam chriſtus ab oratione
ſe ad predicationem · aliquando vero econuerſo
dum viueret ſe conuertit quod deſignat verſio
ad populum et conuerſio ad altare · In quo qui
dem imitandum eſt a predicatoribus qui per mi
niſtros ipſos congrue deſignātur Anaclet9
papa ſtatuit ꝙ epiſcopus deo ſacrificans ſecum
teſtes habeat · dyaconos qui oculi eius dicunt̄
et ſubdiaconos reliquoſq̄ʒ miniſtros qui ſacris
induti veſtibus · in fronte id eſt ante · et a tergo
et preſbiter e regione · id eſt a parte dextra · le=
uaqʒ contrito corde ⁊ humiliato ſpiritu · ac pro
noſtent vultu · cuſtodientes eum a maliuolis ho
minibus at conſenſum preſtantes ſacrificio Et
ſecundū Lucium papam eum nō deſerant · quia
ꝓpter maliuolos oportet illum habere bonum
teſtimonium ab his que foris ſunt Statutum ē
etiam vt celebrans miſſam habeat a tergo vi=
cini ſolaminis adiutorem · prout dictum eſt in
prohemio huius partis Et ideo in quibuſdam
eccleſijs aliqui dyaconi ſtant poſt epiſcopum ·
quaſi orantes vt eum ſequantur vſq̄ʒ ad mortē
et cum eo tranſeant ad vitam eternam Maior
tamen ps in dextra parte moratur altaris ⁊ mi
nor in ſiniſtra · quia vtrunqʒ petit eccleſia ſcʒ ⁊
temporalē benedictionem et eternam · vt ibi ſic
tranſeamus per bona temporalia vt non amitta
mus eterna · Ceterum dicti miniſtri retro ſtan=
tes inclinati ante facies ſuas · vſq̄ʒ in finem do=
minice orationis perſeuerāt · ſignificantes illos
apoſtolos qui in paſſione domini magna tribu=
latione oppreſſi non audebant ſe erigere · vt chri
ſti diſcipulos eſſe confiterentur Stabant tamē
in facie fidei ſed poſtea eriguntur ſicut dicetur
ſub vndecima particula canonis · ſuper verbo ·
Nobis quoq̄ʒ · ſignantes etiam chorum ſancto
rum martirum in conualle lacrimarum ante no
uiſſimam tribulationem manentium · poſtea eri=
guntur · quia illi qui poſtea martirio coronati
ſtant erecti id eſt ab omni tribulatione liberati
Ad hoc ſtantes facie inclinati · ſignat mulieres
que de cenaculo ad monumentum millibus de=
clinatis currebant in chriſti amore ardentes ·
Sane ſacerdos miniſter inter mores puluinar
molle miſſali · ſupponit · ad notandum ꝙ deuotū
⁊ molle cor · et quod facile diuinam impreſſio=
nem recipiat ſupponi debet iugo domini et cele=
ſtium preceptorum · iuxta illud ſapientis · Su=
ſcipiat verba mea cor tuum et cetera · vt in exod ·
Spiritus domini requieſcat · De hoc etiam ſub
euangelio dicetur ·

¶ De Gloria in excelſis ·

kyrieleiſon

Tranſlato in dexteram altaris partem
epiſcopo ſeu ſacerdote · deinde quia tē
pus plenitudinis et annus benigni=
tatis aduenit · ſicut predictum fuit a pſalmiſta
Tu exurgens miſereberis ſion · quia · v · t · t · m ·
e · Congrue chorus laudat et inuocat trinita=
tem triplicando kyrieleiſon · Ideo autem poſt in
troitum dicitur kyrieleiſon · quia ante omnem
orationem ſacerdotum · neceſſe eſt miſericordiā
domini implorare · Siquidem kyrieleiſon grece
interpretat̄ domine miſerere · Nam kyrie ſonat
domine · leyſon miſerere Et inde chriſteleyſon ·
id eſt chriſte miſerere · vel kyri chriſte el deus
eps miſerere · ſon nobis · Deinde kyrieleiſon · i ·
o chriſte de9 miſerere nobis Vnde propheta mi
ſerere nobis · te enim expectamus Dicitur autē
nonies · primo vt ordo decimus ex hominibus
reparatus nouem aſſocietur ordinibus angelo
rum · Secundo vt eccleſia perueniat ad ſocieta=
tem nouem ordinum angelorum Tercio con=
tra nouem genera peccatorum Eſt enim pecca
tum originale veniale et mortale · Item pecca=
tum cogitacionis locutionis et perpetrat onis
Item peccatum fragilitatis ſimplicitatis et ma
lignitatis · Fragilitatis per impotentiam · ſimpli
citatis per ignorantiam · malignitatis per inui=
diam Hoc eſt peccatum in patrem · in filium · in
ſpiritum ſanctum · Ad hoc ideo dicitur ter ad pa
trem kyrieleiſon · ad filium chriſteleiſon · et ter
ad ſpiritū ſanctum kyrieleiſon · Sed ad patrem
⁊ ſpiritū ſanctum ſub eodem tantum vocabulo
qz pater ⁊ ſpūſſanctus ſunt eiuſdem tātum na
ture Ad filium vero ſub alio · quia filius et ſi ſit
eiuſdem nature cum illis · eſt tamē et alterius ·
vt gemine gygas ſubſtantie · Preterea ideo di=
citur ter quantum ad patrem · et ter quantum
ad filium · ter quantum ad ſpiritum ſāctum · vt
notetur pater in filio et filius in patre · ⁊ ſpiri=
tuſſanctus in vtroqʒ · De hoc dicetur in quinta
parte · ſub titulo de prima · ſed in medio mutat̄
kyrie in chriſte · vt notetur duas eſſe naturas i
chriſto Rurſus kyrieleiſon ter triplicatum · ſig=
nificat preces patrum veteris teſtamenti · mul=
tiplicatas ad hoc vt gracia ſumme trinitatis p
aduentum chriſti eos conſociaret nouem agmi
nibus angelorum · Eſt autem magna iſtorū ver
borum efficacia Legitur enim ꝙ dum beatus
baſilius kyrieleiſon clamaſſet · porte ticine · ſiue
papien · eccleſie ſunt aperte · Rurſus cum beatus
Geminianus kyrieleiſou clamaret · quinqʒ re=
ges conuerſi dicuntur in fugam Vnde forte ſi
gnificat aliud quam domine miſerere · quod ta
men nos ignoram9 · In quibuſdam eccleſijs · ſta
tim poſt vltimum kyrieleiſon ſubiciunt imas qd
verbum grecum ſonat latine nobis · Et ſenſus

eſt kyrieleiſon ymas·id eſt potentia diuina miſe
rere nobis·Et beatus greḡ·inſtituit kyrielei=
ſon nonies·et a clero tantum publice in miſſa
cantari·quod prius apud grecos ſimul a clero
et populo cantabatur·Silueſter vero papa il=
lud de grecis aſſumpſit

De Gloria in excelſis·

Dicto kyrieleiſon·mox ſacerdos vel
pontifex ex inſtitutione Theleſphori
pape inchoat ymnum·Gloria in ex=
celſis deo·quem angeli auditi ſunt decantare·
ſicut legitur in euangelio luce·qui angelorū
ymnus perhibet teſtimonium temporali chri=
ſti natiuitati·Sane ſacerdos primus et ſolus il
lum inchoando prenunciat·qui angelum mag
ni conſilij repreſentat·Nam ortum ſaluatoris
ſolus angelꝰ cuius perſonam ipſe gerit primo
nunciauit Unde luce ſecundo·Ecce euangelizo
vobis gaudium magnum quod erit omni popu
lo·quia hodie natus·⁊c̄·Et illū inchoando ſtat
ante medium altaris·in hoc commemorans·ꝙ
dum medium ſilentium tenerent natus eſt in me
dio·id eſt pro omnibus meſſias·quem prophete
predixerāt·repreſentas etiam·quia angelus
chriſti natiuitatem paſtoribus annuncians ſte
tit in medio eorum·et incipiens eleuat manus
propter cauſas ſcriptas in ſequenti titulo ad fi
nem·Item incipiens vertit ſe ad orientē·tum qꝛ
ad orientem dominum adorare ſolemus·Ter=
cio inchoans ſtat ante medium altaris·ad notā
dum ꝙ chriſtus mediator inter nos et deum·ꝗ
cuius mediacionem deo pacificati ſumus·Cho
rus vero concinendo reſpondens gerit perſo=
nam multitudinis de qua in euangelio ſequitur
Subito facta eſt cum angelo multitudo ce·mi·
lau·deum et di·gloria in altiſſimis deo·et inter
ra pax hominibꝰ bone voluntatis Ymnus au=
tem iſte nō tantum eſt angelorum ſed etiam ho
minum congratulantium·ex eo ꝙ mulier illa q̄
dragmam perdiderit decimam·iam lucernam ac
cenderat·vt dragmam perditam inueniret·et
paſtor dimiſſus nonaginta nouem ouibus in de
ſerto iam venerat vt quereret centeſimam ouē
amiſſam Ante natiuitatem enim chriſti tres
erant inimicīciarum parietes·primus inter chri
ſtum et homines·ſecūdus inter angelum et ho
minem·tercius inter hominem et hominem Ho
mo nanqꝫ per inobedientiam creatorem offen=
derat et per ſuum caſum reſtaurationem ange=
lorum impediuerat·atqꝫ per varios ritus ſe ab
homine ſeparauerat·Iudeꝰ nanqꝫ ceremonias
excolebat·gentilis ydolatriam exercebat·ſed
veniens pax noſtra fecit vtraqꝫ vnum·et huiuſ
modi parietes deſtruxit·Abſtulit enim pecca=
tum ⁊ reconciliauit hominem deo·reparauit ca
ſum et reconciliauit hominem angelo·deſtru=
xit ritus ⁊ recōciliauit hominem homini Reſtau
rauit ergo ſecundum apoſtolum eph·j·que in
celis ⁊ in terris ſunt·⁊ ob hoc illa celeſtis mili

cie multitudo pſallebat·gloria i excelſis deō·id
eſt in angelis qui nunq̄ꝫ peccauerunt nec diſcor
diam cum deo habuerunt·Ideo et in terra pax
a chriſto facta hominibus videlicet iudeis ⁊ gē
tilibus bone voluntatis qui vſqꝫ ad chriſti nati
uitatem propter peccata ſua·cum deo ⁊ cum an
gelis diſcordiam habuerunt·Hinc etiam eſt ꝙ
angelis loquitur ⁊ congaudet paſtoribus·qꝛ
pax eſt inter angelos et homines reformata·
naſcitur deus homo·quia pax eſt inter deum et
hominem reſtaurata·naſcitur in p̄ſepio bouis ⁊
azini·quia pax eſt inter homines ⁊ hoīes repa
ta·p bouem eīn iudaicus·p azinum gentilis po=
pulus figuratur·ſecundum illum·nō arabis in
boue ⁊ aziño iudeo ſcꝫ ⁊ gentili·Et iterꝝ cogno
uit bos poſſeſſorē ſuū·⁊ azinus p̄ſepe domini ſui
Ideo ergo canitur ymnꝰ iſte qꝛ quem venerā
tur angeli in celis homines venerant̄ in terris·
Per hoc ꝙ dicit̄ gloria in excelſis·⁊c̄·repn̄tat̄
meſticia antiquoꝝ patꝝ ex tedio expectandi in
carnationē domini·iſa·xxviij·expectate deū ⁊c̄
ideo etiā cantat̄ all'a quia habebat ſpem libera
tionis Unde p̄s·ſperauerunt ⁊ liberaſti eos·In
hoc quoqꝫ ymno notat̄ ſpes eccleſieque cū an
gelis ſperat ſe cantare·vn̄ iam illoꝝ canticū aſ
ſumit·Sequit̄ laudamꝰ te ſcꝫ ine narrabilia opa
tua predicādo que verba ⁊ ſequentia a beato hi
lario pictauieñ aſſeruntur appoſita fuiſſe·⁊ pre
cedenti a ſolū antiquitus dicebātur in miſſa·In
nocentiꝰ tn̄ terciꝰ dixit illa a theleſphoro papa
addita fore·Alij vero quod a ſimaco papa·Si
macus papa conſtituit tam in dominica die q̄m
in natalicijs martirū gloria in excelſis ad miſſā
cantari·quia ſanctos per dominicam reſurrectō
nem gloria angelorum ſocietas eſſe recolitur·
Cantatur etiam in feſtis apoſtoloꝝ et confeſſo
rum in quorum honorem quecunqꝫ eccleſia de
dicata eſt·⁊ generaliter in feſtis·que nobis ce=
leſtem ſolennitatem repreſentāt In diebꝰ vero
luctꝰ ⁊ ieiunioꝝ non dr̄·preterq̄ꝫ in duobꝰ ſab
batis ſpecialibus miniſterijs adornatis iuxta
illud Cātate domino canticū nouū·ꝑut dictū ē
in ꝓhemio huiꝰ partis Dictꝰ quoqꝫ theleſpho
rus papa p̄cepit illam cantari ad miſſam noctur
nam natal' domini·quā ⁊ ipſe inſtituit·Quidam
dicunt nō eſſe cantandum in miſſa niſi in hora
tercia·qꝛ ia tunc ſpūſſanctꝰ ſuper apoſtolos de
ſcendit·⁊ eos gloria ⁊ exultatione repleuit In
nocentiꝰ terciꝰ ſtatuit·vt qn̄ in diebus ꝓfeſtis
celebrat̄ in honorem beate virginis vel ſpūſſan
cti·vel ſancte crucis·nec ymnꝰ angelicus·nec
ſimbolum dicatur·nec etiam te deum laudamus
in laudibus matutinis In aduentu vero vel in
ſeptuageſima non canitur·prout ibi in ſeptima
parte ⁊ ſub ti·de ſeptem diebus poſt paſca dice
tur·Epiſcopꝰ tn̄ bethleemitanꝰ ex abuſu omni
die ⁊ omni miſſa ⁊ ꝓ defūctis gloria in excelſis
decantat ꝓ eo ꝙ ymnꝰ ille luca teſtante·pri=
mo in bethleemitana regione cantatus eſt·

De Salutatione ad populum.

Angelico ymno finito ſacerdos ad po
pulum ſe voluens illum ſalutat dicẽs
Dñs vobiſcũ. quod ſumptum eſt de li
bro ruth ſcdo Sic enim legit̃ boos ſa
lutaſſe meſſores ſuos. ⁊ propheta in paralipo.
Aza regem et qui cum eo erant. et ſalutãs ge
deonẽ dixit dñs tecũ Boos quidem figuram ſal
uatoris expreſſit. qui ruth moabitẽ duxit vxo=
rẽ. Et hec ſalutatio ſignificat ſalutacionem. q̃m
chriſt9 fecit apoſtolis poſt reſurrectiõʒ. d quo
in. v. parte ſub ti. de prima dicetur In omnibus
ergo miſſe orationibus ſacerdos premittit. dñs
vobiſcum. niſi in orationib9 que precedũt pro=
phecias vel etiam orationes ſup populũ in quã
dragesima. ⁊ niſi in orationib9 q̃ immediate ſe
cuntur poſt primam orationẽ. ⁊ in illis que di=
cunt̃ in paraſceue. ƺ tunc miſſa non dicitur licet
ſacerdos omunicʒ. Cum em̃ p dictam ſalutatiõʒ
optet̃ dñm eſſe cũ populo qui eſt in eõ per ſpiri
tum gratie ſeptiformis. Ideo eccleſia ordinauit
ſepcies tantũ in miſſa populũ ſalutari vt iam di
cetur Ideoqʒ in premiſſis orationib9 tantũ di=
cit̃. premittitur tñ alijs exortatio ad humiliatõ
nem per flectamus genua. vl' per humiliate ca
pita veſtra deo. quia oratio que facienda eſt cũ
ieiunio ad malignum ſpiritũ eiciendum. tũc de
mum valʒ ſi cum humilitate fiat. Rurſus in die
bus ieiunioꝝ repñtat eccleſia tẽpus babilonice
captiuitatis. Merito ergo ſacerdos tunc popu
lum vtpote abſentẽ non ſalutat. nec ſe ad illum
ouertit. ſed abſolute incipiẽs. oremus. inſinuat
pro illo fore orandum. ⁊ quia oratio fieri debʒ
cum effectu mox ſubicitur flectamus genua.
vl' humiliate capita veſtra deo. repñtat etiam
tẽpus dominice paſſionis. qd̃ p̃cipue poſt cenã
cũ diſcipulis factũ incepit. Quia ergo tpe illo
dñs diſcipulos nõ ſalutauit. ƺ eos ad orandum
pluries excitauit. Ideo ſacerdos tunc populum
non ſalutat ƺ ei orare inſinuat. Sed ⁊ qꝛ tẽpore
illo chriſtus in oratione genua flexit ideo mox
ad genua flectẽdum inuitat. Dicit aũt flecta=
mus genua in perſona vniuerſitatis omniũ fi=
delium. quaſi omniũ ſindicus ſeipſum includens
⁊ ideo loquitur in prima perſona excitans ſe et
omnes ad orandũ humiliter ⁊ deuote Sed mox
ſubicit leuate. in pſona alterius ſcʒ chriſti cuius
typum gerit in officio miſſe et tunc loquit̃ in
ſcda pſona ⁊ in diſſimili cantu quaſi ipſe chriſt9
dicat ſurgite. quoniã veſtram humilitatẽ ⁊ de=
uotiõʒ video. Et tunc vice omnium ſequit̃ ſiue
orat. Quid ſignificent collecte que dicunt̃ p9
flectamus ⁊ poſt humiliate dicetur in quarta
pte ſub quarta feria in capite ieiunioꝝ. Alijs
vero dieb9 ⁊ tpibus exultacionis ⁊ plenitudi=
nis quod precipue fuit poſt chriſti reſurrectio
nem repreſentat. ⁊ tũc ſacerdos populum ſalu=
tat. repreſentãs vt premiſſum eſt. ꝙ dñs poſt
reſurrectionẽ diſcipulos ſalutauit Sacerdos
ergo orationibus premittit dñs vobiſcum. vt
populum reddat attentũ. ꝙ mens eius ad deum
dirigatur. ⁊ ei per intentõnem ſedulam oiunga
tur. Et eſt ſenſus. Dñs vobiſcum. i. in vobis ma
neat ⁊ vos premio vite eterne remuneret. ⁊ peti
cionibus veſtris effectum tribuat. ſeu graciã
dei impetretis perſeuerantes in illa. Chorus vo
⁊ popul9 reſpondʒ. ⁊ cũ ſpiritu tuo. qd̃ ſumptũ
eſt ex epiſtola ſcda. ad thimo. vltimo vbi dicit̃
Domin9 ihesus chriſt9 cum ſpũ tuo. huiuſmodi
etem̃ mutue ſalutationes notãt. ꝙ ſacerdotis et
populi vnus debet eſſe affectus Et ẽ ſenſus Tu
pro nobis facturus es preces ad dominũ. ⁊ qꝛ
dñs deus preces illas tm̃ approbat ⁊ exaudit. q̃
ex bono corde procedunt oramus ⁊ nos ſimili
ter pro te. vt ille ſine quo nullum eſt bonum ſit
cũ ſpiritu tuo. vt qui tecũ eſt in ore ſit ⁊ in cor
de et in te maneat. et ſcdm hoc ceſſat heſitacio q̃
rentium quare populus reſpondet. ⁊ cũ ſpiritu
tuo. cũ ſacerdos dicendo. dñs vobiſcum. opta=
uerit dñm eſſe cũ illis nõ ſolum in ſpũ ṽm etiã
in corpe. Nam ⁊ idipſum populus per hanc re
ſpõſionẽ optat vt p̃miſſum ẽ. Poteſt etiã dici ꝙ
in hac reſponſione popul9 ſe refert ſolũ ad actõ
nem imolationis ad q̃m ſacerdos pcedit in qua
p ſpiritum totaliter eleuatus ⁊ ab omni eterni
tate prorſus abſtractus eſſe debʒ Poſtq̃ʒ vero
chor9 reſpõdit ipſe ſe ad altare reuoluit ſcʒ ad
orientem. vt dicetur in phemio. v. partis. et q̃ſi
paꝝ de ſua bonitate oſtẽdens vniuerſalem ad ſe
colligit eccleſiam dicens quaſi omnium ſindic9
oremus quaſi dicat. Orate omnes ſimul mecũ.
vt quod poſtulamus cicius impetrem9 quoniã
impoſſibile eſt multitudinem non exaudiri. et ſic
oracionem dicit. dicendo ergo oremus hortat̃
alios ad orandum. quia ipſe chriſtus monuit di
ſcipulos orare dicens. Orate ne intretis in tẽp
tacõnem ⁊ poſtea orat. qꝛ ⁊ poſtea xp̃s orauit.
ipſe em̃ fecit ⁊ docuit. Qd̃ autẽ dicit orem9 ab
antiquis habem9 qui premiſſo orem9 ſubiun=
gebãt omuniter orationem Dicit aũt oremus
ſtans ante medium altaris. ꝓpter rõnes poſitas
in principio precedentis ti. Oracio aũt quam di
cit ſignificat indulgentiam quã dominus repro
miſit Et deinde tranſit ad dexteram partẽ altaris
vt dicetur ſub ti. ſe. Oratione finita chorus re=
ſpodʒ Amen. qd̃ eſt hebraicum verbũ. quaſi di
cerʒ fiat nobis ſicut oraſti. ſeu fideliter acta ſit
oratio tua. Et eſt ſumptũ amẽ ex apoc. ioh. am
bro. exponit amen. i. veꝝ eſt qd̃ ſermo ſonat af
fectus ſentiat. Quandoqʒ ponitur pro vere. vt
ibi amen amen dico vobis. prout ſub ti. de ora=
tione dicet̃. Et nota ꝙ premiſſa ſalutatio. ſ. dñs
vobiſcũ ad minores et impfectos ad ſimplices
pertinet ſacerdotes. Epiſcop9 vel eius ſuperior
qui perfectus eſſe debet. ⁊ expreſſam xp̄i ſimili
tudinem gerit vt ſe vicarium xp̄i oſtendat ora
tur9 prima vice vtit̃ verbo domini dicẽtis. ioh.
xx. Pax vobis. que fuit prima vox dñi ad diſci=
pulos q̃n eis poſt reſurrectionẽ apparuit q̃ſi di=
ceret In pñti det̃ vobis pax pectoris ⁊ i futuro

pax eternitatis· de vtraqꝫ· Joh·xiiij· Pacē mī re=
linquo vobis·pacem meam do vobis· Hoc etiam
verbo vſus eſt diſpēſator ioſeph ad fratres eiꝰ
poſtea vero adinſtar ceteroꝝ ſacerdotum dicit
dominꝰ vobiſcum vt ſe eſſe vnum ex ipſis oſñdat
Et eſt aduertendū ꝙ tūc demū pax vobis dicit̄
q̄ñ gloria in excelſis cantatur·⁊ hoc ideo vt cor
reſpondeat ei ꝙ ibi dicitur·⁊ in terra pax homi
nibꝰ·⁊c̄· Preterea hec ſalutatio a xp̄o tempore
gaudij⁊ leticie ſcꝫ reſurrectōis ad diſcipulos fa
cta illi cantico leticiē correſpondere debet Sūt
etiā qui dicunt ꝙ pontifex ſolenniter celebrans
in diebus quibꝰ gloria in excelſis dicitur rep̄ñ
tat xp̄m poſt reſurrectionem ſeu reſurrectōnis
gaudiū· quo tp̄e ſepe xp̄s dicta ſalutatione ad
diſcipulos vſus eſt· Ideoqꝫ chriſtū imitādo pre=
miſſis diebꝰ hoc dicit· In miſſis v̄o quas alijs
diebus vel tp̄ibus dicit·vel etiam que ab infe=
rioribꝰ dicunt̄ chriſti paſſio figurat̄·⁊ planctꝰ
atqꝫ afflictio ꝯformat̄ Et ideo in illis pax vobis
nō dicit̄·ne gaudiū cū dolore miſceatur Poteſt
etiā dici ꝙ per xp̄m facta eſt pax·inter deum ⁊
hominem·⁊ inter angelos ⁊ homines·quod ma
nifeſtauit angelus q̄ñ in chriſti natiuitate can
tauit gloria in excelſis deo et in terra pax h·b·
v· Pacem vero inter deum et homines manife=
ſtauit chriſtus q̄ñ poſt reſurrectionē dixit apo=
ſtolis·pax vobis·hec repreſentātur in miſſa pri
mum per quēlibet ſacerdotem qui poteſt canta=
re·gloria in excelſis angelum repreſentās· Se
cundū p ep̄m qui ſolus dicit pax vobis·repreſē
tans chriſtū qui in pſona eccleſie dixit apoſto=
lis·pax vobis·vtrūqꝫ aūt dicit ep̄s ſolēniter ce
lebrans·qꝛ vtrūqꝫ ſcꝫ xp̄m ⁊ angelum rep̄ñtat
Ipſe eñ ſpecialior eſt chriſti vicarius· q̄m ſim=
plex ſacd̄os Ideoqꝫ cū omittit officiū angeli·ſ·
tp̄ibꝰ quibus cantica leticie ſubticentur ſcꝫ·te
deum laudamus·et gloria in excelſis omittit ſi
militer ⁊ hoc officiū chriſti non dicens pax vo=
bis·ſꝫ dn̄s vobiſcū ſicut ſimplex ſacerdos·non
eñ p ep̄m qui rep̄ñtat xp̄m ⁊ angelum vna pax
ſine altera nunciatur·idem etiam eſt in ite miſſa
eſt quod non dicatur niſi gloria in excelſis di=
catur Sane diaconus nō dicit·dn̄s vobiſcū p
horas·eo ꝙ nō ita ge rit typum chriſti qui p hoc
eum hac ſalutatione vſus ē ſicut ſacerdos qui ea
in pſona chriſti vtit̄ legens tñ euangelium hoc
dicit·quia tunc vtit̄ officio predicatoris et pnū
ciat doctrinam ab ipſo chriſto immediate prola
tam·⁊ etiā cereum paſchalem benedicens·quia
tunc chriſti reſurrectionem repreſentat· ſūt ta
mē quidā qui dicunt ꝙ in diuinis officijs que di
cere tenentur licite poſſet hoc dicere cum pro=
hibitꝰ nō legatur·quibus generalis vſus eccle
ſie ꝯtradicit vt ſe inferiores ſacerdotibus agno
ſcant Notādum aūt eſt ꝙ ſeptē vicibus populꝰ
ſalutatur in miſſa quatē excluſis ſeptem vicijs
capitalibus ſuſcipiat gratiam ſeptiformem·mi
ſterium eñ miſſe ad ſeptem dona ſpūſſancti re=
fertur· Primo in ipſo miſſe exordio añ collectā
Secundo ante euangeliū Tercio poſt euange=
liū ſiue dicto ſimbolo ante offertoriū· Quarto
ante prefationē cum dicit ſacerdos· Per omnia
ſecula ſeculoꝝ·⁊ ꝯſequenter·dominꝰ vobiſcū·
Quinto ante pacis oſculū cum dicit pax domi
ni ſit ſemper vobiſcum· Sexto ante primam poſt
ꝯmunionem· Septimo finito finali poſtcōione
vel oratione· In prima ſalutatione ſpiritꝰ ſapiē
tie intelligitur·quia ſapientia intrauit in hunc
mundū vt ſaluaret nos In ſecunda ſpūs intelle
ctus ideo eñ predicauit vt doceret nos· In ter=
cia ſpūs ꝯſilij·hoc eñ ſecreto dei ꝯſilio ſe paſſiō
ni obtulit vt redimeret nos· In quarta ſpiritus
fortitudinis qꝛ pendēs in cruce diabolū expug
nauit vt redimeret nos· In quinta ſpūs ſcientie
quia reſurgens diſcipulos ſalutauit ⁊ eis ſenſū
aperuit vt erudirent nos· In ſexta ſpūs pieta=
tis qꝛ ſola pietate humanam naturam ſup aſtra
leuauit vt exaltaret nos· In ſeptima ſpūs timo
ris qꝛ angeli tremebunt cū venerit ad iudicium
vt glorificet nos· Ceteꝝ in qualibet ſalutatiōe
mutatur officiū miſſe·⁊ d̄ vno officio ad aliud
tranſitur· quare merito ſalutatio premittitur·
cum eñ ad operarios nouiter ingredimur eos
ſalutare ſolemus·⁊ ſcd̄m hoc octo officia ſunt i
miſſa·Rurſus ſalutatur etiā in octauo·vt quidā
volunt·ſcꝫ poſt offertorium ante ſecretellā· Nā
voluens ſe ad populum dicturus fratres orate
⁊c̄·debet dicere ſub ſilentio·dominus vobiſcum
v̄m licet eis quos ſalutāmus faciē regulariter
repreſentemus· tñ in quinqꝫ dumtaxat ex pre=
miſſis ſalutationibꝰ ſacerdos ad populū ſe con
uertit·nā in illa ſalutatione que fit ante euāge
lium ſe non ꝯuertit·quia iam intētus eſt ad ver
ba dei annuncianda· nec etiā in illa que fit antē
pfationē quia iam intentus eſt ad ſacrificium al
taris tractādū·nec etiam in illa que fit ante pa
cis oſculum·qꝛ iam tenet corpus chriſti in ma=
nibus·⁊ cor habet ſurſum ad deum et omni no
intentus eſt ad reuerenter illud tractandū· Ne
mo eñ mittēs manum ad aratrum·⁊ reſpiciēs
retro aptus eſt regno dei· Ceteꝝ quīta ad
populū cum dn̄s vobiſcum facta ꝯuerſio· ſigni
ficat quinqꝫ apparicōes quas chriſtus fecit di
ſcipl'is ſuis i die reſurrectiōis· Prima fuit marie
magdalene·ioh·xx·⁊ marci vlti· Scd̄a eidem et
alijs mulieribus redeuntibus de ſepulcro·q̄ndo
dixit eis auete·math·vlti· Tercia petro·quarta
duobus diſcipulis tranſeuntibꝰ in emaus·quīta
in domo decem diſcipulis abſēte thoma·ioh·xx·
Sed quia altera illarum manifeſta nō fuit q̄ñ
videlicet primo apparuit marie magdalene· vel
ſecundū alios q̄ñ apparuit petro qꝛ neſcit̄ quādo
aut vbi·ideo ſacerdos ante ſecretellam dicturꝰ
orate fratres·predicit ſub ſilentio dn̄s vobiſcū
ſꝫ patenter dicit orate·⁊c̄· quia patenter dixit
apoſtolis·orate ne intretis in temptationem

Fuerunt etiā et alie apparitiones·de quibꝰ nil
ad p̄ñs· Nō eſt etiam omittēdum ꝙ ſacerdos ſē
per voluerit ſe ad populum a dextra ⁊ p eandem

ſe ad altarē reuoluit·q̄ſi ip̄o facto dicēs·dextra
dn̄i fecit virtutem·dextra d·ex·m·dex·do·fe·v·
Secundo ad deſignandū ꝙ in ſepulchro dn̄ico
angelus a dextris ſedebat·Tercio vt ſacerdos
ꝑ hoc innuat ſe rectam ⁊ attentam habere intē
tionem ꝓ ſe ⁊ ꝓpulo ad celeſtem patriam que
ꝑ dextram ſignificatur·iuxta illud in canticis·
Dextra ei9 amplexabit̄ me· Quarto q2 verſus
ſalutando populum·⁊ ꝯuerſus dicendo orem9·
hortat̄ tam ſe q̄3 populum ad orandū·et oratio
deb3 fieri ꝓ eternis que ꝑ dextram ſignificatur
Vnde xp̄s ſedere dicitur ad dextram patris·me
rito a parte dextra fit vtrunq3·gerit quippe ſa
cerdos typum xp̄i qui perfectus eſt in ſalutatio
nibus ⁊ oraciōibus quia dextra fiunt·Verū tn̄
poſtq̄3 dicit orate pro me fratres·⁊c̄· ſe reuol=
uit a ſiniſtra·iuxta illud p̄s·Circuiui ⁊ imolaui
in taber·e·h·v·⁊c̄ preparans eni̅ ſe ad imolan
dum quedam circuitum facit·ſe igitur ꝯuertit
tunc ad ſiniſtram que impfectior ⁊ infirmior ē
ad notandum imperfectionem cuiuſlibet ſacer=
dotis preter chriſtum·Hinc eſt ꝙ premiſſa ver
ba dicendo obſecrat tanq̄3 impfectus et pecca=
tor·⁊ indigēs alioꝝ auxilio·impēdi ſibi ab alijs
beneficium orationis Secundo quoq3 reuoluit̄
tunc a ſiniſtra vt per hoc ſignificet triſticiā3 de
paſſione chriſti ad quā repn̄tandam ſtatim intē
dit·triſticia eni̅ recte per ſiniſtram ſignificatur
iuxta·illud apoſtoli·A dextris ⁊ a ſiniſtris per
gloriam et ignobilitatem·per infamiam ⁊ bo=
nam famam Debent etiam fieri ille volutiones
⁊ reuolutōes ante medium altaris·iuxta illud
In medio eccleſie apperuit os ſuum·⁊c̄·In quo
⁊ illud cōmemoratur ꝙ redēptor noſter iuxta
ſalomonem corpus ſuum in media caritate ꝯſe
crauit·ꝓpter filias iheruſalē·Et attende q2 qui
dam dicto·dn̄s vobiſcum·ad altare reuoluti di
cunt oremus ſtantes ante mediū altaris·ꝑ hoc
inſinuantes ſe in loco manifeſto ⁊ populo ꝯue=
nienti orare ſc3 ante medium altaris·q̄ꝙ3 popu=
lus debet de medio cordis orationes ad deum
effundere Alij vero ad dextꝝ cornu altaris vbi
orationē3 proferre debet·dicunt oremus·vt ſic
inter inſinuationem et orationem nullum actū
alium interponant·⁊ vt ibi precedat orandi inſi
nuatio vbi mox ſubſequi ipſa oratio et orantis
populi eſſe debet intencio

¶ De oratione ſeu collecta R·
SAlutatione premiſſa orationes ſubi=
ciunt̄·quia eni̅ omnis noſtra opatō a
deo inchoata circulariter in ipſum ter
minari debet·ideo miſſe officiū incipit
ab oratione et terminatur in gratiarūactione
Vnde videndum eſt quis debet oratōnes dicere
Qualiter et ꝓ quib9 eſt orandū Quid ſit
oratio et quando ⁊ vbi Et verſus quā ptem
orationis dicende ſint De mutatione ſacerdo
tis ab vna parte altaris ad alterā Vnde ora=
cōnes dicant̄ ⁊ vnde originē habuerunt Qua
liter verba eoꝝ intelligantur Qualiter ora=
tiones terminentur Quare vocētur collecte
Que ⁊ quot orationes dicende ſunt·⁊ de in=
uentoribus earum Quomodo pontifex vł ſa
cerdos illas dicēs ſtare deb3 Circa primū no=
tandum eſt ꝙ ea quibus populus immediate or
dinatur ad deum ſacerdotes tn̄ dicunt qui ſunt
mediatores inter deum ⁊ populum·et quorum
quedam dicuntur publice ſpectantia ad totum
populū·In cuius pſona ipſe ſol9 ea deo ꝓponit
ſicut ſunt orationes ⁊ gratiaꝝ actōnes·quedā
priuate que ad officium ei9 tn̄ ſpectant vt con
ſecrationes ⁊ huiuſmodi orationes·q̄s ipſe pro
populo facit·non tn̄ in perſona populi orans et
In omnib9 p̄mittit dn̄s vobiſcū·vt mens populi
deo ꝯiungat̄·et q2 populus in his que ad deum
ptinent ſacerdotē ducem hab3 Ideo in fine cuiuſ
libet oratōis populus ꝯſentit rn̄dens amē·vt iā
dicetur·ꝓpter quod et omnis oratio alte termi
natur·etiam ſi priuate fiat Sane orandum eſt
breuibus verbis nō in multiloquio·vt iam dice
tur Vnde ⁊ greci paꝝ ⁊ frequēter orant·ſ3 in
lacrimis ⁊ in puritate cordis·non in voce cla=
moſa ſ3 in mentis intentione et lacrimaꝝ ꝯpun
ctione Sic eni̅ in ꝯſpectu diuine maieſtatis ⁊ an
geloꝝ oportet nos eſſe vt mens noſtra voci cō=
cordet·iuxta illud p̄s Exaudiuit dn̄s vocem fle
tus mei·⁊c̄·Et iterū·ſacrificium deo ſp̄us con=
tribulatus·⁊c̄·Deb3 etiam oratio eſſe deuota·
nā omniū creatori cū deuotione eſt ſupplicandū
Dum autem ſacerdos dicit alte orationē alij nō
debent verbis orare ſ3 illam oratōnem attēdere
⁊ ad eam reſpondere amē Pro quibus ſit orā
dū dicet̄ in·vj·parte ſub ti·d paraſceue Quid
ſit oratio ⁊ qua hora·⁊ vbi hore canonice dicē
de ſunt·⁊ verſus quam partem orandum·⁊ dice
tur in prohemio·v·partis Quid ſignificet ora
tio que dicitur ante epiſtolam·dicetur ſub ti·de
ſeſſione epiſcopi Sane ſacerdos dum orat ad
dextram ꝯſiſtit altaris·iuxta illud exo·xx·De=
precabit̄ aaron ſuper cornu altaris·⁊ placabit
ſuper eum in generationibus ſuis·in hoc illud
ſignās quod fuerat ꝓphetatū·Deus ab auſtro
veniet·xp̄s eni̅ iudeos docuit ad quos a patre
luminū miſſus fuit·quia dextra iudeos·gētiles
ſiniſtra figurat·et qm̄ leticia per dextram·triſti
cia vero per ſiniſtram d̄ſignātur·idcirco ad dex
tram ptem altaris primum accedit vt gaudium
dominice natiuitatis oſtendat·Deinde dictur9
euangelium ad ſiniſtram ꝯuertitur vt triſticiā
paſſionis inſinuet·ſ3 iterū redit ad dextram·vt
gaudium reſurrectōis annunciet·de hoc aliter
dicet̄ ſub ti·d mutatōne ſacerdotis Roman9 vō
pōtifex oratur9 ad ſedē poſt altare vł ali9 ep̄s
ad latus altaris aſcēdit·⁊ ſtans collectā pnun
ciat q̄m libro legit apto·Et deinde ſedet·quia
ſicut euangeliſta teſtatur·Venit iheſus in naza
ret vbi nutrit9 fuerat·et intrauit ſecundū ꝯſue
tudinem diei ſabbati in ſinagogam·et ſurrexit
legere·et traditus eſt ⁊ ei liber iſaie ꝓphete·q̄3
vt inuenit locū vbi ſcriptū erat Spirit9 domini

ſuper me propter quod vnxit me · ꝛ cū plicuiſſet
librum reddidit miniſterio ꝛ ſedit Rurſus pō
tifex ad latus altaris vſqꝫ poſt dictum offerto
rium moratur · vt dictum eſt ſub ti · qualiter eps
vel ſacerdos · Sequitur videre vnde oratio dicatᷣ
ꝛ vnde orationes originem habuerunt · ꝛ quidē
dicitur oratō ab orando eo ꝙ per eam a populo
bona corporis ꝛ anime orando petuntur · licet e
nim dn̄s ſciat quibus egem9 orare tn̄ debem9 ·
prout dicetur ſub oratione dn̄ica · Orat etiam ſa
cerdos pro bonis vt aſſint ꝛ pro malis vt abſint
Deſignātur autem oratōnes in apoc̄ · per fumū
aromatum qui aſcendꝫ in ɔſpectu dn̄i de manu
angeli · xp̄s em̄ verus homo propter nos paſſio
ni dedit9 · cui9 illa vox eſt olocauſta etiam ꝑ de
licto non poſtulaſti · tunc dixi · ecce venio · ſemp
pro vobis orabat · quia ſcd̄ꝫ apoſtolū Exaudit9
eſt in omnibus pro ſua reuerentia · Qualiter
verba orationum intelligenda ſint videamus ·
ꝛ quidem quid in quibuſdam codicibus ɔtinetᷣ
proſit huic vel illi ſancto talis oblatio ad glo =
riā ꝛ honorē ſic intelligi debet ꝙ ad hoc proſit ·
vt ille magis ac magis a fidelib9 glorificetur
aut etiam honoretur in terris · Cum em̄ ipſi ſint
perfecti beati omnia eis in celis ad votum ſuc =
cedunt · Vnde non egent noſtris orationib9 ym
mo iniuriam facit martiri qui orat pro martire
licet pleriqꝫ reputent nō indignū ſanctoꝝ glo
riam poſſe vſqꝫ in diē iudicij augmentari · et ideo
eccleſiam interim rite pro poſſe augmentacōnē
glorificationis eoꝝ optare · Qd̄ autē poſt finē
orationis ſubiungitᷣ ꝑ dn̄m noſtꝝ ihesum xp̄m
illud ſignificat qd̄ ipſe in euangelio dicit Quic
quid pecieritis patrem in nomine meo fiet vob̄
Orat em̄ ſacerdos ad deum patrem vt per filiū
ſuū qui domin9 noſter ē equaliter ſicᷣ pater ora =
tio pficiatur Hinc em̄ eſt ꝙ omnis oratio gene
raliter ad patrē dirigitᷣ ꝛ terminatur in nomine
filij · Non em̄ per aliam viā ad nos eterna dei be
neficia pn̄t decurrere q̄ꝫ per eum qui eſt media =
tor dei ꝛ hominum homo xp̄s ihesus · ſicut per
mediantem criſtallum mittitur ignis in eſcam
ſuppoſitam a ſole longinquo Et ſumptū eſt hoc
de epiſtola ad romanos · vbi dicitur · glorienmur
in deo ꝑ dn̄m noſtꝝ ihesum · nemo em̄ vadit ad
patrem niſi per me · Et ipſe alibi dicit · Si quid pe
cieritis patrem in nomine meo dabit vobis · Et
nota ꝙ ihesus eſt proprium nomen · prout dictū
eſt in prohemio ſecūde partis · Qd̄ vero ſequitᷣ
qui tecum viuit ꝛ regnat in v · ſ · ſ · ꝛc̄ · ita poteſt
intelligi · In vnitate · ſ · ſ · hoc eſt vna cum ſpū · ſ ·
Nam pater ꝛ f · et · ſ · ſ · ſunt vnus · vel in vnitate
ſpūſſancti · hoc eſt in ſpūſancto · qui eſt vnitas
patris et filij · et amor et ɔnexio vtriuſqꝫ Poſſūt
etiam ſic exponi premiſſa verba · ꝑ dominum no =
ſtrum ꝛc̄ · vt ſit ſenſus · O pater exaudi per filiū
tuum qui hoc vult et poteſt · vult quia viuit po =
teſt quia regnat · viuit inq̄ꝫ et regnat tecum
in vnitate ſpūſſancti · Non quidem viuit et reg
nat vt tirann9 ſpū iniquitatis · ſꝫ viuit et regnat

deus ſpū benignitatis · Qd̄ vero ſequitur · Per
omnia ſecula ſeculoꝝ vel ɔſecutiue vel anthō =
nomatice intelligi poteſt · ɔſecutiue · ſicut gene
ratōnes generatōnum · quaſi diceret · per omnia
ſecula ſeculoꝝ ſibiinuicem ſuccedentia · dicuntᷣ
em̄ ſecula quia ſecuntᷣ · nam alijs deſcendentib9
alia ſecuntur · Anthonomatice ſicut cantica cā
ticoꝝ · et eſt ſenſus ſicut ante omnia ſecula fili9
cum patre in vnitate ſpūſſancti in deitate vixit
et fuit ita et in pn̄ti ſeculo et in futuro · vbi iuſti
cum ſanctis angelis permanebunt · et iniuſti cū
diabolis cruciabuntur · credatur equaliter viue
re cum patre ꝛ ſpūſancto et nullo fine concludi
Sequitur amen · quod verbum optātis vel af =
firmantis oſtēdit affectum vł ɔſenſū · vt pmiſſū
eſt · populus em̄ aſſentiens voci ſacerdotis · qui
dixit · per omnia ſecula ſeculorum · aſſentit ꝙ ſe
culum per eum creatum eſt · Vnde in ſi · p̄s · vbi
nos dicimus · fiat fiat · hebreus dicit amen amē
Et xp̄s in euangelio ſepe dicit amen amen id eſt
verum dico vobis · Reſpicit ergo vel ad formā
orationis vt quod oratur optetur vł ad modū
ɔcluſionis vt quod ɔcluditur affirmatur · verū
cūm ſacerdos orationes dicit · Da nobis q̄ſum9
omnipotens dn̄e ſalutem mētis ꝛ corporis · po =
pulus reſpōdet amē · i · fiat · Et cum ſacerdos cō
cludit · qui tecum viuit et re · in v · ſ · ſ · d · p · o · ſ · ſ ·
populus affirmando reſpondet amen · i · veꝝ eſt
vel amen interpretatur veritas · vt in apoc̄ · hoc
dicit · Amen teſtis fidelis · de hoc dictum eſt in
precedenti tractatu · Circa terminationē col =
lectaꝝ notandū eſt ꝙ in eis qn̄qꝫ dirigitᷣ ſer mo
ad patrem · quandoqꝫ ad filiū qn̄qꝫ ad ſpiritum
ſanctum · ꝛ quandoqꝫ ad totam trinitatē · Si ſer
mo ad ſolum patrem dirigitᷣ non habita intēn =
tione de filio neqꝫ de ſpirituſancto · tunc dicitur
in fine ꝑ dn̄m noſtꝝ ihesum xp̄m fi · t · q · t · v · ꝛ · r ·
in · v · ſ · ſ · d · per · o · ſ · ſ · ſiue per eundē et eiuſdem vt
in illa oratione · protector in te ſperātium · ꝛc̄ Si
vero fiat ibi mentio et de ſpirituſancto refert ·
an ante finalem partem orationis · an in fine ip
ſius fiat mentio de filio ante finem · tunc dicitur
in fine per eundē dn̄m noſtꝝ · ꝛc̄ · vt in illa ora =
tione · Deus qui de beate marie virginis · ꝛc̄ · ſi in
fine tunc ſubicitur immediate · qui tecum · ſiue
per eundem et eiuſdem · vt in illa collecta ſancti
ſtephani · Omnipotens ſempiterne deus qui pri
mitias martirum · ꝛc̄ · Et in illa · De9 qui ſalutis
eterne · vel dominū xp̄m ihesum ſine per · vt in il =
la collecta · Deus qui nos redemptionis eterne
que dicitur in vigilia natalis · et in illa Illumina
queſumus · vt dicitur in ephia · vel ihesus chriſt9
dn̄s noſter · vt in illa Deus qui ad eternam · que
dicitur feria tercia poſt paſca · Et in ſecreta illa
Ipe tibi · que dicitur in cena domini Si vō in ora
tione que ad patrē dirigitur ſit mentō d̄ ſpiritu
ſancto · dicitᷣ in fine ꝑ dominū noſtꝝ · ſꝫ tūc dicitᷣ
in vnitate ſpūſſancti deus · vt in illa · Deus qui
corda fideliū · et in illa · Adſit nobis queſumus
v̄tus ſpūſſancti · Qd̄ ſi fiat ibi mentio primo de

ſpũſancto ⁊ poſteá ð filio ·tũc ſubicietur in fine
immediate·qui tecum·vt in illa Mẽtes noſtras
q̃ſumus dñe ine paclitus·⁊ in illa Vre igne ⁊c̃
Rurſus qñ ad patrem dirigimꝰ ſermonẽ orã
do vt ipe det nobis ſpm̃ viuificãdi vl' huiuſmõi
tũc dicit̃ p dominum ſiue per eũdem vl' eiuſdem
vt in illa que dicitur in benedictõe cineris·Deꝰ
qui humiliatione·⁊c̃· ⁊ in illa que dicitur in be
nedictione fontis· Omnipotens ſempiterne deꝰ
reſpice·⁊c̃ Si aũt ſermo ad filium dirigitur·vt
in illa oratione· Exc ta dñe potentiam tuam et
veni·Et ſimilit̃ in alijs collectis de aduentu dñi
et in illa·Deus qui virginalem aulam ⁊c̃·tunc
dicit̃ in fi·qui viuis ⁊ regnas c·d·p·in v·ſ·ſ·d·
⁊c̃ Et ſi fiat ibi mẽtio ð patre·tũc dicit̃·qui cũ
deo patre ⁊c̃·vt in illa oratione canonis·Domi
ne iheſu xpe fili dei·⁊c̃·Si vero ſermo dirigitur
ad ſpm̃ſanctum dicunt quidam ꝙ tunc dicitur i
fine·qui cũ patre ⁊ f·v·et·r·d·⁊c̃ Verumtamẽ
omnis oratio dirigitur ad patrem vl' ad filium
⁊ nulla ad ſpm̃ſanctum quia ſpũſſanctus eſt do
num·et a dono non petitur donũ·ſed potius a lar
gitore doni·Petitur ergo a patre et filio ·⁊ ad
eos ſermo dirigitur tanq̃ʒ a donatore·et non a
ſpũſancto qui eſt donum·⁊ pariter ab vtroqʒ p
cedit·Si autem ad totam trinitatem ſermo diri
gitur·tunc dicit̃ in fi· per dominũ ſiue p eundẽ
vt in illa oratione canonis·Suſcipe ſancta trini
tas·⁊ in illa que dicitur in fine miſſe Placeat ti
bi ſancta trinitas·in quibꝰ dicit̃ per xpm̃ domi=
num qð ſuccedit in orationibꝰ in locũ·per dñm
eĩn cauſa breuitatis·Itemqʒ eſt ſi in oratione q̃
ad deum patrem dirigitur de eo mentiõ fiat·vt
in illa· Omnipotẽs ſempiterne deus qui dediſti
famulis tuis Tũc dicũt quidã·qui viuis ⁊ reg
nas vnus deꝰ p omnia ſecula ſeculoꝝ·Alij võ
intelligẽtes ꝙ oratõ ipſa ad deum ſi dirigatur
dicunt tũc·qui·v·⁊·r·in v·ſ·ſ·d·per o·ſ·ſ·Et in
illa oratione·Fidelium deus omniũ oditor To
ta nanqʒ trinitas oditor et redemptor eſt licet
xp̃s ꝓprie ſit redemptor·Poteſt etiam dici·ꝙ o
ratio que ad trinitatem dirigitur ocluditur ſine
aliqua perſonaꝝ diſtinctione ſic·qui v·et·r· per
o·ſ· ſ· Vel cõuertat orans ſermonẽ ad ſe vl' ad
populum dicens ꝙ ipſe preſtare dignetur·⁊ ſic
etiã concluditur in orationibus benedictionali
bus Sane in oratione in qua ſermo dirigitur
ad caput eccleſie videtur debere dici·qui·v·et·r·
cum xp̃s ſit caput eccleſie·ſʒ non eſt ita· Tota
nanqʒ trinitas eſt caput eccleſie·ideoqʒ dici dʒ
per dñm noſtꝝ In exorciſmis vero ad expellẽdũ
demonẽ aliter dicit̃ qm̃ in aque benedictione· di
citur·per eum qui venturus eſt iudi·v·et mor·
et ſeculum per ignem Similiter et i cathecíſmis
dicitur·qui venturus eſt·⁊c̃ q̃ʒcito enim diabo=
lus audit chriſtum eſſe venturũ iudicare ſeculũ
per ignem·fugit timens iudicium ignis·qꝛ ſcit
ſe poſt diem iudicij eterno igne premendum·Ea
dem quoqʒ ratione dixit magiſter Gilbertus· ꝙ
oratõnes in exequijs mortuoꝝ debẽt ſimili mõ

finiri cõmunis tamẽ vſus eccleſie tenet vt dica
tur per dominum noſtꝝ ⁊c̃· In illa tñ oratione
Fidelium deus omniũ cõditor·debʒ dici·qui v·⁊
reg·⁊c̃·vt premiſſum eſt·Et aduerte ꝙ oratio=
nes in laudibus·in miſſa ⁊ in veſperis ſub eodẽ
⁊ ſolenniori tono dicuntur·p eo ꝙ ille hore ſo
lennius et feſtiuius in eccleſia dicũtur·In alijs
vero horis et officijs alius tonus minꝰ ſolẽnis
ſeruatur·tum quia minus ſolenniter dicuntur·
tum quia ille ad aliud referri poſſunt ſignatum
omnibus autem orationibus preterq̃ʒ exorciſ
mis premittit̃ oremus nõ tñ ſemp dñs vobiſcũ
vt dictum eſt in precedenti ti· Sequitur vide
re quare orationes que circa principiũ miſſe di
cuntur collecte vocant̃·Et quidem ideo· quia ſa
cerdos qui fungitur legatione ad deum pro po
pulo in eis petitõnes omnium in vnum colligit
et cõcludit vt eis ad dominum referat· proprie
tamen dicunt̃ collecte que ſuper collectum po
pulum dicuntur puta in proceſſionibus·vl' dũ
colligitur populus ad ſtacionem faciendam·vt
de vna eccleſia ꝓcedat ad alteram·In vrbe nan
qʒ quelibet eccleſia ſtacionalis habet aliquã ec
cleſiam ſibi vicinam in quo colligitur populus
die ſtacionis·⁊ ibi dicitur collecta ſup collectũ
populum·⁊ inde omnes ſimul ad eccleſiã in quã
fit ſtacio accedunt·Vñ in cõcilio agathẽ dicit̃
ꝙ plebs collecta oratione ad veſperã dimittat̃
ab epo cum benedictõne·⁊ eſt ſumptum hoc no
men de leuitico vbi cenophagia que eſt vltimũ
feſtorum legalium collecta vocatur· pro eo qꝛ
in fructum collectione fiebat· et figurabat fu
turam operum noſtrorum collectionem·cũ di=
cetur·Ecce homo ⁊ omnia opera eius cum eo·
Oracionum varij fuerunt doctores·quarũ nu=
merus ⁊ varietas intantũ excreſcebat ꝙ octa
uum affricanũ cõciliũ cõſtituit·vt nulle preces
vl' orationes vl' miſſe vel p̃fationes vl' cõmen=
datõnes vel manꝰ impoſitiones dicant̃·niſi i con
cilio fuerint approbate Et gelaſius papa tam a
ſe q̃ʒ ab alijs cõpoſitas preces dicit̃ ordinaſſe·
Beatus greḡ·ſecluſis his que nimia vel incon
grua videbantur rationabilia coadunauit con=
grua multa nihilominus per ſe neceſſaria ſup=
addens Ceterum quidam modum et ordinem
excedentes intantum orationes multiplicãt·vt
auditoribus tedium generant et faſtidium·q̃ſi
deus ⁊ homo verborũ multitudine flecti poſſit
vt premiſſum eſt·cum econtra ~~[illegible]~~ dicat· ysaias
Cum multiplicaueritis orationes veſtras non
exaudiam·Et dñs in euangelio dicat·Cum ora
tis nolite multum loqui ſicut ethnici faciũt·pu
tant enim in multiloquio exaudiri Vnde cum ei
dixiſſent apoſtoli·Dñe doce nos orare· cõpẽdio
ſam eos orationem docuit Pater noſter qui·⁊c̃
Huiuſmodi ergo orationis formam· ſequẽtes
ſacerdotes in miſſa· ſeptenariũ orationis nume
rum non excedens·Nam xp̃s ſeptem peticioni=
bus omnia corpi et anime neceſſaria cõphendit
in illa·prout ſub eo dicetur· quia vero numero

deus gaudet impari·quidam obſeruant vt im=
pares dicant in miſſa orationes ·videlicȝ vl' v=
nā tantum ſicut vna epiſtola vl' vnum euangeliū
dicunt et iſte numerus eſt ordinariꝰ vl' tres vl'
quinqȝ vel ſeptem · Vnam ad deſignandū fidei
vnitatem vel vnitatis ſacramētū· Tres ad ſig
nificādum miſterium trinitatis·⁊ quia chriſtꝰ
ter in paſſione orauit dicens · Pater ſi fieri pōt
tranſeat a me calix iſte· Quinqȝ ad deſignandū
v·plagas chriſti·ſeu in quīqȝ ptitam xp̄i paſſio
nem·Septem ad deſignandum ſp̄m gratie ſepti
formis·ſeu ſeptem dona ſpūſſancti·deus eñ di=
uiſionem ⁊ diſcordiam deteſtatur Vnde cum ce
terorum dieꝝ operibꝰ bñdiceret· opibus tamē
ſecunde diei benedixiſſe non legitur·⁊ qꝛ ibi bi=
narius numerus primo ab vnitate recedat ⁊ ab
eo ceteri diuiſibiles numeri originem ſortiūtur
et impar numerus mūdus eſt Et nota ꝙ in ſum
mis feſtis tantummodo dicitur vna collecta ·
niſi forte eadem die aliud feſtum ocurrat Sciē=
dum quoqȝ eſt ꝙ totidem collecte·⁊ eodem or
dine dici debent in ſecreta et poſt communionē·
quot preceſſerunt ante epiſtolā in exordio miſ
ſe nec plures nec pauciores·Finis nanqȝ ſuo pri
cipio ⁊ quelibȝ poſtcōmunio collecte et ſecre=
telle precedentibus ꝯuenire· Cauendū eſt etiā
ſi collecta pro defūctis intermiſceatur in miſſa
que dicitur pro viuis·nō finalis ſȝ penultima·vl'
antepenultima dicatur · quia finis debet ad ſuū
principium retorqueri·ſemꝑ enim memoria fa=
cienda eſt pro defunctis·prout dicetur ſub·x·par
ticula ſecrete ſuper verbo· Memento etiam do=
mine·⁊c̄·qꝛ etiam illi viuoꝝ ⁊ etiam ſanctorū
in quoꝝ honore celebrantur qui vita glorie vi
uunt auxilio egent·Sed in miſſa pro defunctis
intermiſceri nō debet collecta pro viuis · etiam
vt quidem dicūt illa ꝯmunis Deus qui viuorū
dñaris ⁊c̄·ab aug̃·ꝯpoſita·ad denotandum ꝙ d
functi iuuare nequeunt viuentes eterna vita li
cet ipſi iuuari valeant ab vtriſqȝ· In miſſa tamē
ꝓ defunctis poteſt·vt quidam dicunt eſſe penul
tima collecta de ſanctis et ecōuerſo· Innocētiꝰ
papa primus compoſuit quatuor collectas pro
menſe ſeptembri· Innocentius vero papa tertiꝰ
ꝯpoſuit illam A cunctis nos queſumꝰ dñe mē ·
⁊ cor·defen·⁊c̄· In eccleſia lateran̄· nunq̄ȝ dicit
oratio·ſȝ in miſſa et in omnibus horis loco ora=
tionis alta voce pronunciatur oratō dñica·que
in nouo teſt·prima oratio fuit nam ⁊ in primiti
ua eccleſia ſic fiebat·Sane pōtifex ſeu ſacerdos
dum orare ſeu orationem dicere incipit·manus
eleuat et extendit·iuxta illud· Manꝰ demiſſas
erigite et genua debilia roborate·⁊ romano pō
tifici ac etiam alijs epiſcopis· i multis eccleſijs
miniſtri aſtantes manꝰ eleuatas ſuſtentāt· que
manuum eleuatio a legē ſumpſit exordium·Le
gitur eñ in exo·xvij·c·ꝙ cum iſrahel pugnaret
aduerſus amalech in deſerto· moyſes aſcendit
ſuper verticem collis· Cumqȝ leuaret manus vi
cebat iſrahel · ſi vo paululū remiſiſſet amalech
populum ſuperabat·aaron autem et hur ſuſtenta
bant manus eius ex vtraqȝ parte·Legitur etiā
tercio Regum·c·viij·ꝙ ſalomon ſtetit ante al=
tare dñi·in ꝯſpectu eccleſie iſrahel et expandit
manus ſuas in celum orans pro populo·⁊ Gen̄·
xiiij·Leuo manum meam ad dominum deum in
excelſum·Eleuatō aūt ipa repñtat ꝙ xp̄s eleua
tis manibꝰ ferebatur in celum vl' eleuat manꝰ
adinſtar in crucē pendentis·Vnde illud · eleua=
tio manuum mearum ſacrificium veſpertinum
Extenſio vero manuum ideo fit· Nam xp̄s cum
expandiſſet manus in cruce pro perſecutoribꝰ
orauit dicēs· pater mi dimitte illis quia neſciūt
quid faciunt· Moraliter inſtruens quia xp̄s ſē
per paratus eſt recipere penitētes·iuxta illud qđ
ipſe promiſit Omnis qui venit ad me nō eiciam
foras·Quidam tamen perfidi heretici derident
huiuſmodi manuum extenſionem·propter illud
iſaie·Cum extenderitis manus veſtras auertā
oculos meos a vobis·

¶ De Epiſtola·R·

Oratōne finita dicitur epiſtola que ſig
nificat doctrinam apoſtoloꝝ ·eleg an
ter autem illā precedit oratio · qꝛ le=
gitur luc·x·c·Rogate dominū meſſis
vt mittat operarios ſuos i meſſem ſuam· Sane
epiſtola ergo latine ſupermiſſio vl' ſupererroga
tio dicit ab epi quod eſt ſupra et ſtolon miſſio ·
Miſſio eñ eſt ab apoſtolis ſupra legem moyſi ·
ſupra p̄s·⁊ ꝓphetas·ſupra euangelium ſicut et
ꝓphecie ſupra legem· Vnde ⁊ littere de vna pſo
na ad aliam miſſe appellantur epiſtole ſupmiſſe
quaſi miſſe ſupra·ſeu preter id quod refert nun
cius viua voce · ſicut et apoſtolꝰ ſupra id quod
dixerat ephesijs· corinthijs· et alijs epiſtolas
mittebat Legi debȝ epiſtola ſcđm magiſtꝝ pe
trꝝ antiſiodoreñ·in dextra parte eccleſie·qꝛ xp̄s
primo venit ad iudeos qui dicebātur in dextra
eſſe· Melius tamen fit in medio eccleſie·pro eo
ꝗ iohannes fuit medius inter apoſtolos et pro
phetas vt iam dicetur·Dicitur quoqȝ epiſtola i
loco inferiori·euangeliū in ſuperiori ⁊ ſuperpo
ſito panno·de quo ſub euangelio dicetur ·Pre=
mittitur autē epiſtola euangelio·epiſtola nāqȝ
deſignat officium quod iohannes ante xp̄m ex=
ercuit·qui preiuit ante faciem dñi parare vias eiꝰ
Sicut ipe teſtatur·ego vox clamantis in deſer=
to parate viam domini· Iohānes ergo q̄ſi ſubdia=
conus ⁊ ſubminiſter illius·qui de ſe dicit · Non
veni miniſtrari ſȝ miniſtrare· Vnde ſicut predi=
catio iohannis preceſſit predicationem xp̄i·ita
epiſtola euāgelium precedit Gerit quoqȝ epl'a
figuram legis ⁊ ꝓphecie·que xp̄i aduentū pre
ceſſerunt·ſicut ipa euangelium precedit ·Pre=
ceſſit quidem lex euangelium ſicut vmbra lucē
ſicut timor caritatem· et initium perfectionem
¶ Sane ſubdiaconū epiſtolam lecturum· vnus
tantum comitatur accolitus· qꝛ predicationem
iohannis ſecuti ſunt·qm̄ lex neminē ad pfectōꝫ
ducit·Sed diaconum euangelium lectuꝝ ·tam

ſubdiaconi q̄ꝫ accoliti et ceteri cōitantur · qꝛ ꝑ
dicationem euangelij que ꝑfectum facit pluri
mi ſuſceperunt · Dici etiam pōt ꝙ ꝑ ſubdiaconi ⁊
diaconi ad legendum ꝓceſſum duplex xp̄i ma=
nifeſtacio ꝑ duplicem eius aduentum ſignifi=
catur · quoꝝ primus vnum tm̄ habuit p̄curſorē
ſcꝫ iohannem · qui per ſubdiaconum precedentē
ſignificatur Scd̄s duos habebit videlicꝫ enoch
⁊ heliam qui ꝑ duos vel plures precedentes dia
conum figurantur Facies autē epiſtolam le=
gentis reſpicere debꝫ altare · qđ xp̄m ſignificat
qꝛ iohannis predicatio ſe et alios dirigebat in
xp̄m · de cuiꝰ vultu iudicium · ⁊ equitas ꝓdiunt
Js vero qui precedit ſubdiaconū euntē legere
nō vertit faciē ad legentem qꝛ iohannes non ad
ſe audientes · ſꝫ potius ad xp̄m ſe dirigebat · ſed
qui diaconū euntēꝫ legere precedebant nunc re
ſpiciunt ad euangelium et ad faciem recitantis
Primo vt ex mutua vtriuſqꝫ inſpectione · amor
caritatis xp̄i noteтur qui in euāgelio p̄dicat̄
Scd̄o vt ſe eſſe ꝯteſtes euāgelice doctrinē oſtē
dant ſicut legitur in pſā Vos eſtis mei dicit do
minꝰ · qꝛ vero iohannes fuit limes precedentiū
⁊ ſubſequentiū medius inter apoſtolos ⁊ ꝓphe
tas Nā lex ⁊ ꝓpheta vſqꝫ ad iohannem ⁊ ex eo
regnū dei euangelizat̄ ideo ep̄l'a nec ſemꝑ legi
tur đ ꝓphetis nec ſemꝑ đ apl'is · ſꝫ interdū ſumi
tur đ ve · te · interdū đ nouo · Johānes eñ cuius
vocē repñtat ep̄l'a cū antiquis xp̄m p̄dixit ven=
turū dicens · Qui poſt me venit ante me factꝰ ē
Et cū modernis xp̄m oſtēdit pñtem dicens · Ec
ce agnus dei · ec · q · t · p · m · Jnterdū ergo ſumitur
de apoſtol' · qꝛ licet eorum doctrina nō preceſſe=
rit euangeliū tamē ad vitam actiuam refert̄ · ſi
cut lex ⁊ ꝓphetia Et interdū đ ve · te · raro tamē
qꝛ velū tēpli ſciſſū ē nec ponendū ē ante oculos
velum · Epiſtola tamē non legitur de quinqꝫ li=
bris moyſi · qꝛ in illis tēporalia ꝓmittebantur ·
Jn cuius ſignū lectiōes đ illis ſumpte terminā
tur in grauem accentum · vt iam dicet̄ Conſi=
derandū aūt eſt ꝙ qñ lectō vl' epiſtola de libris
moiſi vel ſalomonis ſumitur nomen eoꝝ recicet̄
vt dicetur i prohemio · vj · partis Itē in epiſtol'
que ſumunt̄ đ ꝓphetis · vl' đ actibꝰ apoſtolorū
ſiue de apoc̄ · ponit̄ in principio hec oratō Jn die
bus illis · ⁊ in fine dicit̄ · ait dominꝰ omnipotens
eo ꝙ in libris illis hoc ſepe ſcriptum inuenitur
eadem etiam ratione dicit̄ in epiſtol' · iacobi ⁊ pe
tri · Cariſſimi · et in epiſtol' pauli · Fratres · et in
xp̄o ieſu dn̄o noſtro · Jn ep̄l'a tñ ad heb̄ · dicunt
quidam non debere apponi fratres · eo ꝙ apl'us
ſuſpectus erat hebreis · ſꝫ melius eſt vt apponat̄
qm̄ quidam boni erant inter eos vt ipſe eos in
quodā loco eiuſdem ep̄l'e vocat fratres propter
premiſſam etiam cāꝫ dicitur in euāgelio Jn illo
tp̄e · proprie tñ loquendo nulla ep̄l'a eſt đ ve · te ·
ſꝫ ille lectiones vocantur Porro licꝫ in ep̄l'is
que đ apoc̄ · leguntur dicatur · lectō libri apo ·
beati io · apoſtoli Jn quibuſdam eñ ecc̄ijs ⁊ ep̄l'is
tacetur illud verbum · beati · certum ē eñ ꝙ bea=
tus p̄cipue fuit inter omnes apoſtolos a xp̄o di
lectus · Dilectio aūt dei bonos nos efficit quia
beatus quē elegiſti ⁊ aſſūpſiſti · Hac ergo ꝯſi=
deratione eum ſicut ceteros ſanctos ſuꝑuacuū
eſt beatitudinis titulo ſanctum oſtēdere ⁊ ſolē
qđ ammodo ſc̄ibus adiuuare cū ipſe velud ti=
tulus per ſe patens effectum beatitudis · ſcꝫ di=
lectōꝫ dei cui debetur pre ceteris ſit ſortitus · Ce
teꝝ nullus debet epiſtolam ſolenniter in ecc̄ia
legere niſi ſit ſubdiaconus qui ſi forte defuit di
catur a diacono · de quo dictum eſt in · ij · p̄te ſub
ti · de ſubdiacono ⁊ de diacono vl' etiam a ſacer
etiam promptitudinem deſignandam quidaz dū
euangelium legitur clamides deponunt·⁊ etiaz
ad denotandūm ꝙ omnia temporalia dimitten-
da ſunt ꝓpter chriſtū·Juxta illud euangelij Ec
ce nos relinquim9 omnia et ſecuti ſum9 te·Et
ex quo ſtandū eſt apparet·ꝙ nec iacere nec appo
diari debemus euangelium audiendo·Reclina-
toria ergo tunc relinquuntur·ad denotandum
ꝙ non debemus conſidere in principibus·nec
ſuſtentari in terrenis·quia vanitas vanitatum
⁊ omnia vanitas·dicit eccleſiaſtes·Subaudiē

ꝯparatōne dei·in quem curam noſtram iactare
debemus·Et ſcd̄m ipſum anaſtaſium ſtātes cur
ui manere debemus vt humilitatem que a dn̄o
docetur etiam corpore demonſtremus Auditur
etiam capite nudato·Primo vt attentio adeſſe
monſtretur·ob quam etiam cauſam quidaz tūc
mentionem et genas manu tenent·Secundo vt
quinqz ſenſus patuli ſint ad audiēdum·Tercio
ad notandum ꝙ omnia que ſub velamine et fi-
gura in lege ⁊ prophetis continebantur ſunt i
euangelio manifeſtata In xp̄i enim paſſione ve
lum templi ſciſſum eſt·⁊c̄·Deponuntur etiam
tunc baculi ⁊ arma·Primo ne imitemur iudeos
in ꝯſpectu crucifixi arundines ⁊ arma ferentes
Secundo ad notādum·ꝙ xp̄o predicāte omnes
legales obſeruantie que per baculos ſignificā
tur depoſite ſunt·Tercio depoſitio baculoꝝ et
armorum humilitatē notat et xp̄iane perfectio
nis eſſe ſe non vindicare·ſed domino reſeruare
vindictam·iuxta illud·Michi vindictam et ego
retribuam dicit dominus·Et math·v·Qui te ꝑ
cuſſerit in vna maxilla prebe ei ⁊ alteram Au-
ditur etiam euangelium in ſilentio·quia omnia
ſoluta ſunt in euangelio que in lege ⁊ ꝓphetis
promiſſa erant Pontifex quoqz ſeu ſacerdos
dum euāgelium legitur faciem vertit ad illud
ad notandū ꝙ xp̄s p̄dicatores euangelij ſemper
ad adiuuandum reſpicit·ſtans ſuper ſcabellum
ad deſignandum ꝙ ꝑ huiuſmodi predicationem
omnis aduerſa poteſtas debellatur·⁊ chriſti pe
dibus ſubmittitur·et ſic impletur quod in p̄s di
citur Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pe
dum tuorum Diaconus vero ſtatim poſtq̄z ſi
bi reſponſum eſt·Et cū ſpiritu tuo·vt cunctos
reddat dociles et beniuolos ad audiendum ver
bū euangelij id eſt bonum nuncium nunciantez
regnum dei ſubdit·Sequentia ſancti euangelij
thurificans librum et ſignans ſigno crucis Et
etiam in quibuſdam locis oſculatē librum·q·d·
hic eſt liber ſeu euāgelium dei·hic eſt liber cru
cifixi·quem predico·hic eſt liber pacifici·ꝑ quē
reconciliationem accepimus·Unde apoſtolus
prima ad chor·primo·Predicamus vobis xp̄m
crucifixum·per incenſi autem fumum bona pre
dicationis opinio intelligitur Deinde ſignat
ſe in fronte·in ore pariter et in pectore·ſeu in
corde·ne diabolus qui bonis opibus inſidiatur
tollat ei per erubeſcentiam deuotionem de cor-
de vel ſermonem de ore·ac ſi dicat·ego chriſti
crucem non erubeſco ſ; eam ore predico·et cor
de credo·quia corde creditur ad iuſticiam·ore
autem ꝯfeſſio fit ad ſalutē·Predicamus inquit
apoſtolus xp̄m ihesum ⁊ hunc crucifixū iudeis
quidem ſcandalum·gentilibus ſtulticiaz Et apo
ſtolus ad Galat·vj·Michi abſit gloriari·niſi in
cruce domini noſtri ihesu xp̄i·Dominus etiaz in
euāgelio ait·q̄ me erubuerit ⁊ ſermones meos
hunc filius hominis erubeſcet·cū venerit in ma
ieſtate ſua ⁊ patris et angeloꝝ ſanctorum Vn̄
in daniele legitur·Non eſt ꝯfuſio ꝯfitentib9 te

Quidam autem ſignant ſe tm̄ in fronte et in pe=
ctore quaſi in vtroqꝫ ſuperliminari· Clerus vero
⁊ populus audito titulo euangelij ſcꝫ ſequencia
⁊c̄· ſiue bono nuncio vertentes ſe ad orientem·
ſiue ad altare vt deuꝫ qui verus eſt oriens glo=
rificent quia miſit eis verbum ſalutis ſicut legit̄
in actibus apoſtoloꝝ· ⁊ glorificauerunt deum
dicentes· ergo ⁊ gentilibus deus penitenciam de
dit· et vitam cum reuerencia ⁊ honore· reſpōdēt
Gloria tibi dn̄e· Propoſito itaqꝫ euangelio ad le
gendum· in quo agitur de gloria ⁊ de noſtra li=
beratione· ſcꝫ qualiter chriſtus diabolum deuicit
et nos ab ipſius ſeruitute liberauit· ⁊ victor ad
gloriam patris aſcendit· ipi auditores euangelij
letātes in laudem ſui ſaluatoris cōclamant dicē
tes· Gloria tibi domine· quaſi dicant· gloria tua
que nobis in euangelio predicatur nobiſcuꝫ ſine
fine permaneat ⁊ ſemꝑ creſcat· ⁊ hec dicendo ſi
gno crucis in fronte in ore ⁊ in pectore· ſe ſimi=
liter ꝯtra diabolū muniūt· ne eos impediat in au
diendo· In fronte· quia ibi eſt locus pudoris ⁊ ve
recundie· Vnde per hoc ꝙ crucem fronti impri=
munt· oſtendunt ſe non erubeſcere credere cruci=
fixum· cuꝰ liber legitur· ⁊ eum habere ⁊ deum
⁊ dominum· Per hoc ꝙ in ore ſignant ſignificāt
ſe crucem domini audacter predicare· Per hoc
ꝙ in pectore oſtendunt ſe libenter ꝯpati ꝑ nomi=
ne xp̄i· qua etiam ratōe quidam quādiu euangeli
um legit̄ cum vtroqꝫ pollice ante pectus ſignuꝫ
crucis figurant Rurſus nos in ore ſignamus· ad
deſignandum ꝙ de verbis euangelij debet eſſe lo
cutio noſtra· In pectore vero ad ſignificandum
ꝙ verba euangelij debēt nos percutere in pecto
re ⁊ in mente· Mox vero poſt factum ſignū cru=
cis verſus diaconum audituri euangelium ſe cō
uertunt· De crucis miſterio dicetur in ꝓhemio
v· partis· Porro alicui ſubdiaconus dum legi
tur euangelium ſiniſtraꝫ manum libro ſupponit
ad notandum ꝙ illi qui ſub tp̄e legis fuerunt·
quorū finis ſeu vltimus fuit iohannes· quem ſig
nificat ſubdiaconus· ⁊ ſi aliqua bona agebant il
la tm̄ debilia ⁊ infirma erant que per ſiniſtram
ſignificantur· quia ſi lex ad graciam diſponeret
tm̄ graciā non prebebat· Conuenienter ergo ſini
ſtra manꝰ libero euāgelij ſupponit̄· in quo xp̄i fi=
des predicatur· ſine qua opera legis nemo ſaluat̄
Rurſus per ſiniſtram manum tp̄alia· per libꝝ
euangelij ſpūalia cōgrue deſignātur· Manꝰ er=
go ſiniſtra libro ſupponitur· ad notādū ꝙ ſic aīa
ſine corpore non viuit ita nec ſpūalia diu ſine tp̄a
libus ſubſiſtere poſſunt· Terminatur aūt euan=
gelium exaltando vocem in fine· prout ſub ep̄l'a
dictum eſt· ⁊ mox illo finito munit ſe diaconus
ſigno crucis· ne diabolus ſuſceptum ſemen euan
gelij de vaſe ſignato ſurripiat· Et deinde euan=
gelium oſculatur· ad notandum ſe ex caritate ⁊
amore euangelizaſſe· Auditores vero ſe verſus
orientem cōuertunt quaſi ad hieruſalem gracias
agentes· quia inde venit ad nos euangelium Ju
xta illud qđ dn̄s dixit in euāgelio apoſtol' Vos
eritis mihi teſtes hoꝝ in omnes gentes incipi=
entes a hieruſalem· ⁊ ſigno crucis in pectore ſe
muniunt cōtra diabolum ne ſemen verbi dei ſuf=
focetur in eis· Vnde luce· viij· volucres celi come
derunt illud· Et ne ſermonem domini rapiat de pe
ctoribus eorum· quaſi dicant· deus nos faciat in
doctrina xp̄i ꝑſeuerare· ⁊ vt ſignificet ſe habere
in corde quod exprimit ore· Quod etiam apcius
deſignatur in quibuſdā eccleſijs in quibus finito
euangelio dr̄ amen ⁊ bene· quaſi dicant· Verum
eſt quod in euangelio dictum eſt quod eſt cōtra
quoſdam hereticos qui lecto euangelio q̄ſi ꝯtra
dicentes dicunt falſum eſt· vel amē· q· d· Fiat no
bis quod dominus in euangelio pollicetur· in ali
is vō eccleſijs dicit̄ deo gracias· ſic fit poſt aliq̄ꝫ
lectionem vel capitulum· Quidam etiā literati di
cunt· Benedictus qui venit in nomine domini· qđ
eſt finis euangelij mathei quod legitur in feſto
beati ſtephani et in dominica palmarum· In qui
buſdam locis cerei qui ſignificant doctores per
quos eccleſia illuminatur· ſtatim poſt lectum e=
uangelium extinguūtur· quoniam chriſto in eis
loquente poſſunt eccleſiam illuminare· eo autem
tacente· ideſt ſpūſancto ab eis recedente hoc ne
queunt· Preterea euangelij predicione finita lex
⁊ prophetie ceſſabunt· In nonnullis tm̄ eccleſijs
dum euangelium legitur candelebra cuꝫ cereis
deponuntur ad terram· ad notandum legem et ꝓ
phetiam inferiorem euangelio eſſe· Conſequen=
ter ſubdiaconus codicem euangelij refert· dia=
conus vero vacuus redit· vt oſtēdat ſe p̄dicatōe
finita ꝯtemplationi vacare· veniens autē prius
ad legendum euangelium librum in quibuſdam
eccleſijs ferebat· ad notandum ꝙ ipe nō ſoluꝫ de
bebat docere· ſꝫ ⁊ facere· Redit etiam ad epiſco=
pum ſeu ſacerdotem vnde venit ad notandum ꝙ
omnis doctrina a deo eſt et ad ipſum reuertitur
Vnde ſalomon· Vnde exeunt flumina reuertunt̄
Textus ꝙ̄ꝫ euangelij· ſuper puluinar reportatur
quia eccleſia vt audiuit euangelium illud ſuauit̄
corde ſuſcepit ⁊ letata eſt· Juxta illud· Audiuit
⁊ letata eſt ſion· Et ait· Anima mea liquefacta
eſt· vt dilectus locutus eſt· Liber quoqꝫ euange
lij et thuribulum ad pontificem reportātur· quia
ad eum omnia bona referenda ſunt a quo cuncta
procedunt· Ipſe enim eſt finis conſumans ſed
non conſumens· alpha ⁊ o primus ⁊ nouiſſimus
inicium et finis· Nam ⁊ apoſtoli predicatione ꝑ
acta ad chriſtum cōuerſi ſunt· referentes ei gra
cias de miraculis et predicationis effectu· Epi=
ſcopus vero thus odorat ⁊ euangelium oſculat̄
Primo ad notandum· quia quod xp̄us inſpirauit
et docuit hoc approbat et acceptat· Deus enim
nihil accipit niſi quod efficit· nec remunerat niſi
quod donat· quia ſicut cuncta que facit bona ſūt
ſic nulla ſunt bona niſi que fecit· Nam vidit deꝰ
cuncta que fecerat et erant valde bona· Secūdo
apertum codicem oſculatur· ad ſignificandum
ꝙ ſcire debet· ⁊ nuda ac aperta ſibi eſſe debent q̄=
cunqꝫ ſunt in lege· Vnde luce· vij· vobis datum

eſt noſſe miſteriuʒ verbi dei· Et malach·ij· Labia
ſacerdotis cuſtodiunt ſcienciam· et legem exqui
runt· ſupple ſubditi de ore eius· Tercio quia ipe
ſolus intrat in ſancta ſanctoꝝ· prout in ꝓhemio
huius ptis dictū eſt· Quarto qꝛ huiuſmōi oſcu
lū ſignificat affectum amoris ad euangelium·
qui precipue in epiſcopo vigere debꝫ a deo vt pa
tus ſit mortem pro eo ſubire· Quinto ſubdiaco-
nus librū aptum prelato ſeu ſacerdoti offert ad
oſculandum· ad notādum ipſum debere delecta-
ri in fide fidelium que infuſa ē in eis ⁊ patefacta
per euangelij predicatōnem que priꝰ in lege fu
erat clauſa· Poſtea in quibuſdam eccleſijs liber
clauſus illis qui ſunt in choro oſtenditur· pro eo
ꝙ poſt premiſſa verba vobis datum eſt· ⁊c̄· Se-
quit̄ in apoſtolo· ceteris autē in parabolis· Et
eſt aduertendum ꝙ poſtq̄ʒ diaconus lecto euan-
gelio librum oſculatus eſt ad notanduʒ ſe ex ca
ritate ⁊ amore euangelizaſſe· tunc demū fertur
euangeliuʒ epiſcopo· qui xp̄m ſignificat ad oſcu
landum· ideſt ad predicationem acceptandam ⁊
non ante ad figurandum ꝙ deus illaʒ dumtaxat
predicatōʒ acceptat que fit ex amore ⁊ caritate
Veruntamē in miſſa pro defunctis euangelium
non fertur pontifici ad oſculandum· tum qꝛ tunc
premiſſe rationes ceſſant· tum quia in miſſa illa
omnis ſolennitas ſubtrahitur· ne feſtiue ſolenni
tates cum deſolationis meroribus miſceantur·
Legēs tamen euangelium in miſſa pro defūctis
librum in quibuſdam eccleſijs oſculatur· quia
quicunqꝫ illud pronunciat debet caritatis amore
in illum intendere cuius doctrina euangelicaʒ re
citauit qui amor per oſculum deſignatur· Et
attende· quia ſtatim poſt libri oſculum ſacerdos
miniſter pontificem qui xp̄um deſignat incenſat
ad oſtendendū ꝙ ſacerdotis maxime officium ē
orationis ignitum ſacrificium· quod per incen-
ſum ſignificatur· xp̄o offerre non ſolum in expia
tōeʒ delicti· verū etiā in grāꝝ actionem· prout
in leuitico habet̄· Poteſt etiam ſub epilogo dici·
quia ꝙ liber euangelij per ſubdiaconuʒ portatur
ꝙ ſubdiaconus pulpitum aſcendit· ꝙ aperto li-
bro populum ſalutat· ⁊ omnes reſpōdent· ꝙ titu
lū euangelij premittit· ꝙ alta voce ⁊ diſtincte ⁊
cōtra aquilonem legit· ꝙ omnis populus aures
et oculus ad librum dirigit· ⁊ in ſilencio ac ſtan
do audit· ⁊ in fine ad celum manus leuans orat
dicens amen· hec inquā omnia ⁊ ſingula ex lege
ſumuntur· Legitur enim in principio neemie· ꝙ
cōgregato populo ad plateam que eſt ante por
tam aquarum eſdras ſcriba attulit librum legis
moyſi· ⁊ ſtetit ſuper gradum ligneum quem fe-
cerat ad loquendum· ⁊ aperuit librum corā om
ni populo· Porro leuite ſilencium faciebāt in po
pulo ad audiendum legem benedicentes deo ma
gno· ⁊ omnis populꝰ ſtās in gradu ſuo reſpōdit
amen· Et legerunt in libro legis dei diſtincte et
aperte ad intelligendum· Omnis vero populus
eleuantes manus ſuas adorauerunt proni ad ter
ram· Illud quoqꝫ ꝑtereundum nō eſt ꝙ euange-
lijs que in eccleſijs legūtur generaliter due ꝑfa
tiones premittuntur· Prima eſt inicium ſancti e-
uangelij· Secunda ſequencia ſancti euangelij·
Siquidem prima prefatio premittitur principio
cuiuſlibet euangelij quatuor euangeliſtarum·
ſcʒ euangelio iohannis· In principio erat verbū
euangelio mathei· Liber generationis· euange-
lio luce· Fuit in diebꝰ herodis· et euangelio mar
ci· Principium euangelij iheſu chriſti· quod in
quibuſdaʒ eccleſijs legitur in prima dominica de
aduentu· vt ibi dicetur· ⁊ tūc non ſubicitur illis
In illo tempore· quia in ipſis principijs agitur· ⁊
determinatur certum tempus· Vnde eſſet nuga
tio ⁊ ſuperfluerent verba illa· Secunda vero ꝑ-
facio premittitur omnibus alijs euangelijs· Et
dicitur ſequencia quia verba ipſa que legēda ſūt
ſecuntur poſt iniciuʒ ſeu poſt ea que precedūt in
euangelio vnde ſumpta ſunt· Vnde cum dicitur
ſequencia· ſupplendum eſt ſunt verba ſancti euā
gelij ⁊c̄· vel ſequencia eſt numeri ſingularis· et
tunc cum dicit̄· ſequēcia ſācti euāgelij ſcd̄ʒ iohā
nem ſuppletur hec eſt· Sane in euangelijs quibꝰ
ip̄a ſecūda ꝑfacio preponitur ſubicitur quandoqꝫ
In illo tempore· ⁊ quandoqꝫ non ſubicitur· Siqui
dem ſiue· In illo tempore dicuntur· quando ex eo
rum verbis certum eſt de tempore· vt premiſſuʒ
eſt· ⁊ tunc incipiunt per aliquam determinatio-
nem regie vel alterius poteſtatis· vt illud anno
quintodecimo tiberij vel per ſimplicem rei geſte
narrationem certum tempus determinantes· vt
illud cum eſſet deſponſata· et illud· Poſtquam
conſumati ſunt· et illud· Cum natus eſſet iheſus
⁊ illud· Factum eſt autem cum baptizaretur et
illud· Cum eſſet iheſus annorum duodecim et
illud· Poſtquam impleti ſunt dies· et illud· Ve
ſpere autem ſabbati· ⁊ illud· Elizabeth impletuʒ
eſt· ⁊c̄ Reliquis vero euangelijs ſubicit̄· In illo
tempore ⁊ eſt ſenſus· In illo tempore ſcʒ gracie
de quo dicit apoſtolus· Ecce nunc tempus acce
ptabile ⁊c̄· Non eſt etiam omittendum ꝙ euan-
gelium legitur in eccleſia qn̄qꝫ ſcd̄m hiſtoriam·
vt illud quod dicitur in die paſce Maria magda
lene ⁊ maria iaco· ⁊c̄· Et illud quod cantatur in
natali ad ſecundam miſſam de paſtoribus· Quā
doqꝫ ſcd̄m allegoriam· vt illud qd̄ legit̄ in aſſum
ptione beate marie· in quo mentio fit de maria ⁊
martha· Vbi dicitur· Intrauit iheſus in quoddaʒ
caſtellum· ⁊c̄ prout ibi in ſeptima parte dicetur
Quandoqꝫ ſcd̄m rem· vt illud de ſancta trinitate
Quandoqꝫ ſcd̄m perſonam· vt illud qd̄ cantatur
In feſto ſancti thome apoſtoli· vbi dr̄· Thomas
vnus de duodecim· Quādoqꝫ ſcd̄m partem vt il-
lud quod dicitur in feſto ſancte crucis de Nicho
demo· vbi dicitur ſic· oportet exaltari filiū hōis
⁊c̄· In quo verſu xp̄s paſſionem ſuam ſignificat
et exaltationē corporis ſui in cruce· Et ideo euan-
gelium in quo hec clauſula cōtinetur legitur in
feſto ſancte crucis ⁊ in feſto michaelis archan
geli· ꝓpter illum verſum angeli eorum ſemper
vident faciem patris ſui qui in celis eſt· Item

etiam ſcd̓ m partem · vt illud · Liber generationis
⁊c̄ · ⁊ hoc propter vltimum verſuz in quo fit mē
cio de xp̄o · Quandoqȝ ſcd̄m locum vt illud quod
legitur in circumciſione dn̄i · Poſtq̄ȝ ↄſumati ſūt
dies octo ⁊c̄ · Quandoqȝ ſcd̄m tempus · vt illud
quod dicitur in prima die quadrageſime ſcilicet
propter ieiunium · Quandoqȝ propter letanias
vt illud · Si quid pecieritis · ⁊c̄ · quod in letanijs
dicitur · in quo fit mencio de duo pane ⁊ piſce ·
Et quandoqȝ ꝓpter locum · vt illud quod legitur
in dominica ſexageſime ſcȝ · Exijt qui ſeminat · ⁊c̄

¶ Sane mulier etiam abbatiſſa nō debet legere
euangelium · licȝ eñ beata virgo dignior ⁊ excel
lencior eſſet apoſtolis vniuerſis · dn̄s tamē non
ↄmiſit ei claues regni celorum · hinc eſt q̄ȝ abba=
tiſſa nō pōt ꝓprias moniales benedicere · vel earꝫ
cōfeſſiones in criminibus audire · vel euangeliū
legere vel publice predicare · In matutino tamē
poſſet · ſed n̄ publice euangelium dicere · Et nota
q̄ȝ quatuor ſunt euangelia de beata maria · vt di
cetur in · vij · parte ſub feſto aſſumpcionis ·

¶ De Symbolo · R.

Euangelio lecto mox cantatur alta
voce ſimboluz illud ſcȝ · Credo in vnū
deum · quia eñ corde creditꝰ ad iuſti
ciā ore aūt fit ↄfeſſio ad ſalutē · Jdo
eccleſia vt oſtēdat q̄ȝ euāgelij verbū ſeu p̄dicatō
nez fide ⁊ corde recipit mox fidei ſimbolū ore de=
cantat · Symbolum ergo poſt euangelium fidem
poſt predicatōnem oſtendit · Unde Jo · hec eo lo=
quente multi crediderunt in eum · Nam ſcd̄m apo
ſtoluz ad Roma · x · fides eſt ex auditu · auditꝰ aūt
per verbum dei · Dicitur autez alta voce vt om=
nes illud dicāt ⁊ addiſcāt · Omnis eñ xp̄ianus te
netur publice fidem catholicam profiteri ꝓpter
quod in fronte ſignatur · In prima vero ⁊ in cō=
pletorio ſub ſilencio dicitur · ne muſce morientes
perdant ſuauitatem vnguenti prout in · v · parte
ſub ti · de prima tangetur · Rurſus ideo in miſſa pa
tenter dicitur ad notandum q̄ȝ hodie fides catho
lica libere predicatur · ⁊ docetur · In prima vero
ſub ſilencio dicitur · ad notandum q̄ȝ in primiti=
ua eccleſia preſertim tempore paſſionis chriſti · p̄
dicatores · ⁊ fidei profeſſores ſiluerunt · et in cō
pletorio ad notandum q̄ȝ ſimiliter in fine ſecu=
lorum · antichriſti perſecucione inualeſcente illo
rum ora claudentur · Sane ſacerdos ſeu ep̄s illud
incipit ad deſignandum q̄ȝ omne bonum a xp̄o p̄
cedit · Nam omne datum optimum · ⁊ omne donū
perfectum deſurſum eſt · d · a · p · lu · Ue autem mu
ſicus ille celeſtis dicat · Cantauimus vobis ⁊ nō
ſaltaſtis · Chorus euangelice doctrine conſona
voce reſpondet · ⁊ ſolenni tripudio fidem catholi
cam profitetur dicens · Patrem omnipotentem
⁊c̄ · quāuis in miſſa pape quādoqȝ aliter obſerue
tur put iam dicetur · Ab hoc ſacerdos illud inci=
piens manet erectus ante medium altaris · ma=
nibus extenſis ſurſum eleuatis quas poſtq̄ȝ ince
perat iungit · Siquidem ſacerdos xp̄m repn̄tans
erectus manet · ad notandū q̄ȝ xp̄c ſemꝑ paratus ē
cunctis ſp̄ūalia bona largiri · ⁊ ante altaris me=
dium · innuens q̄ȝ non eſt perſonarum acceptor ·
ſed quantum in ip̄o eſt omnibus equaliter influ
it nec angelum diligit nec ſinum manibus quoqȝ
extenſis · ad deſignandum q̄ȝ paratꝰ eſt habūdan
ter bene meritis illa largiri · ſurſum tñ eleuatis q̄
ſi ip̄o facto oſtēdens q̄ȝ que ſurſum ſunt querere
atqȝ a deo miſericordiaȝ poſcere · ⁊ in eo ſolo ſpe
rare debemus · Deinde poſtquā inceperit manus
iungit · quia ei ſoli de preceptis bonis gracias a
gere ⁊ humiliare debemus · Et quoniā ſimbolum
verbum eſt euangelicuz quo ad ſenſum · ideo ſtā
do illud audire ſicut et euangelium · ⁊ illo dicto
ſignum crucis facere debemus · Symbolum aūt
grece latine ſonat iudicium vel ſignum · vel col=
latio · tum quia regulam fidei plenam indicat et
perfectam · tum quia ſimul in vnum fidei conti=
net articulos · Et nota q̄ȝ triplex eſt ſimbolum ·
Primum eſt ſimbolum apoſtolorum · quod vocatꝰ
ſimbolum minꝰ quod videlicet ex inſtitucione da
maſi pape dicitur tacite per ferias · in ſingulis ca
nonicis horis · Et illud dicitur a ſyn quod eſt cō
⁊ bolos quod eſt ſentencia · quia cōpoſitum fuit
ex diuerſis v̄bis apoſtolorū ſicꝰ pueri in feſtiuis
conuenientes afferre ſolent bolos ideſt fruſta
carnium ⁊ panis · que in vnum collecta ſimboluz
vocantur · ideſt collectio minſiciciarum · Traditꝰ
eñ q̄ȝ poſtq̄ȝ apoſtoli ſp̄m paraclitum acceperunt
cum iam forent ad predicādum euangelium pro
fecturi cōferentes in vnum ſuper articulis fidei
ſtatuerunt · vt ſicut omnes erant in vna fide con
cordes ſic omnes vnam fidem concorditer predi
carent · ⁊ ideo ſimbolum minus cōponentes vnuſ
quiſqȝ bolum · ideſt particulam vnam appoſuit ·
Unde ſcd̄m apoſtoloꝝ cathologum ſiue numerꝫ
duodecim particulas dinoſcitur cōtinere · Petrꝰ
nanqȝ appoſuit · Credo in deum patrem omnipo=
tentem cr · ce · ⁊ te · Andreas · Et in iheſuz chriſtū
filium eius vnicum dominum noſtrum · Jacobus
Qui conceptus eſt de ſp̄ūſancto natus ex maria
virgine · Johannes · Paſſus ſub poncio pilato cru
cifixus mortuus ⁊ ſepultus · Philippus · deſcen=
dit ad inferna t · d · r · a · m · Bartholomeus · aſcen=
dit ad celos ſedet ad dexteraȝ dei patris omnipo
tentis · Thomas Jnde venturus eſt iudicare vi=
uos ⁊ mortuos · Matheus · Credo in ſp̄mſanctū
Jacobus · ſanctam eccleſiam catholicam ſancto=
rū cōmunionē · Symon · remiſſionem peccatorū
Thadeus · carnis reſurrectionem · Mathias · Et
vitam eternam · Secundum ſimbolum eſt · Qui
cunqȝ vult ſaluꝰ eſſe · ⁊c̄ · Ab anaſtaſio p̄riarcha
alexandri in ciuitate · Treueri cōpoſitum · hoc tñ
poteſt dici tercium · nam nicenum de quo ſequitꝰ
fuit prius in prima nicena ſinodo compilatum ·
Tercium eſt nicenum · ſcȝ Credo in vnum deum
quod damaſus papa ex edicto vniuerſalis ſino
di apud conſtantinopolim celebrare inſtituit · in
miſſa cantari patenter · quamquā ⁊ marcus pa=
pa primus ſtatuiſſet illud alta voce cantari · Et
vocatur ſimbolum maius · A grecis ergo vſus

cantandi ad miſſam ſimbolum creditur puēniſſe
quod ſimiliter duodecim clauſulas continet. Pri
ma ē. Credo in vnum deum. ⁊c̄. Secunda eſt. ⁊ in
vnum dominū iheſum chriſtū. Tercia. qui ꝓpter
nos homines ⁊c̄. ⁊ cum dicitur ibi. Et homo fa-
ctus ē debemus genua flectere. quia xp̄m homi-
nē factū ⁊ ꝓ nobis crucifixū adoram9. Quarta
crucifixus etiam pro nobis. Quinta. ⁊ reſurrex
it tercia die ſcd̄m ſcripturas. idē eo modo. eo or-
dine ⁊ eo tēpore. quo ꝓdictum eſt in ſcripturis.
Sexta aſcendit in celum. Septima. ⁊ iterum ven
turus eſt ⁊c̄. Octaua. ⁊ in ſpm̄ſanctum dominū
Nona in vnam ſanctam catholicam eccleſiam.
Decima. Confiteor in vnum baptiſma. Vndeci-
ma ⁊ expecto reſurrectionem mortuorum. Duo
decima. Et vitam venturi ſeculi amen. Et eſt
notandum ꝙ in predictis niceno ⁊ conſtanti-
nopolitano ꝯcilijs non leguntur verba illa ſcd̄z
ſcripturas. neq̄ʒ illa. Filioq̄ʒ. Et qm̄ apud grecos
in fine ipſius ſimboli ſub anathemate dicit̄ ꝓhibe
ri. ne quis de fide trinitatis aliud docere vel a li-
ter predicare quā ibi ꝯtinetur preſumat. Sed et
calcedoneñ. concilium apud eos celebratum. ana
thematizari precepit eos qui alteram fidem auſi
eſſent ꝯponere. proferre. ſcribere. docere. vel ali
ud ſimbolum tradere quam premiſſum eſt. ideo ip
ſi greci nos anathematizatos aſſerunt pro eo ꝙ
ibi addimus verba ipa. ſed minus bene dicunt.
tum quia illud non fuit canon late ſentencie. ſed
cōminatio quedam. tum quia inferior potencio
rem ligare non poteſt. Romana enī eccleſia non
ſubeſt ꝯcilijs. ſʒ pocius concilia ſubſunt ſibi. Pre
terea verba illa ſcd̄m ſcripturas. ſumpta ſunt ex
expoſitione fidei eiuſdem ꝯcilij conſtantinopolis.
⁊ ſic nihil videtur additum nec errorem aliquem
ſapiunt. Sane vt ſupra ſunt expoſita intellecta.
Item per verba illa filioq̄ʒ. nō docemus aliud vł
aliter de trinitate predicamus. imo idem. Cū enī
filius idem ſit cum patre in ſubſtancia. ergo qđ
a patre procedit ⁊ a filio procedit. ⁊ ſic nihil ad
dimus ſed pocius declaramus. nec alteram fi-
dem conponimus. proferimus. ſcribimus. vel ali
ud ſimbolum tradimus. nec in aliquo contra pre
dictum facimus anathema. Mirum tamen eſt.
quo auſi ipi greci ſpm̄ſanctū a filio procedere ne
gare preſumunt. cum ⁊ hoc in cōcilio epheſino.
apud eos edito cōtineatur expreſſe. Sed ipſi ſe
erraſſe. videntes quoſdā prelatos de ſuis ad ge
nerale concilium. Lugduneñ. ſub greg̃. papa de-
cimo celebratum miſerunt. qui in dicto concilio
publice nobis videntibus ſuo ⁊ omnium prelato
rum ⁊ imperatoris romane nomine profeſſi ſunt
ꝙ ſpūſſanctus eternaliter ex patre ⁊ filio non
tanquam ex duobus principijs ſed tanq̄ʒ ex vno
principio. non duabus ſpiratōnibus ſed vnica
ſpiratione ꝓcedit. prout in eiuſdem gregorij cō
ſtitutione habetur coram toto cōcilio. ter grece
⁊ ter latine. ſimbolum cum dictis verbis. ſcd̄m
ſcripturas. ⁊ filioq̄ʒ ſolenniter decantando. Can
tatur autē hoc ſimbolū maius in ſolennitatibus

eorum dumtaxat qui illud compoſuerunt. ⁊ in il
lis de quibus aliqua mencio fit in ipſo. videlicet
in omnibus diebus dominicis. In feſtiuitatibus
domini. ſcʒ in natali. ephi. cena domini. paſca. aſcē
ſione. penthe. in tranſfiguratōe. ⁊ in feſto de tri
nitate ⁊ in omnibus feſtiuitatibus beate marie.
ſancte crucis. angelorum ⁊ apoſtolorum de qui-
bus fit mencio ibi. Et apoſtolicam eccleſiam In
ſolennitatibus autem luce ⁊ marci euangeliſtā
rum dicunt quidam non debere cantare. quia illi
apoſtoli non fuerunt. Item dici debet in dedicatō
nibus eccleſiarum. et in commemoratione omni
um ſanctorum. quanquam ⁊ ipſa ſit dedicatio-
nis feſtiuitas. Et dicitur etiam infra octauas na
talis domini. excepta die innocentum. in qua cā-
tica leticie ſubticentur. In octaua tamen canta
tur ꝓut in ſexta parte ſub illo feſto dicetur. Can
tātur etiam infra octauas ephi. paſce. aſcenſio-
nis. penthe. apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli. ⁊ aſſumptio
nis beate marie. licet enī in natiuitatibus ſancto-
rum iohannis baptiſte ⁊ ſancti laurencij ſimbo-
lum non cantetur. in octauis tamen eorum can-
tatur. eoq̄ꝙ infra octauas apoſtolorū. et aſſum
ptionis occurrunt. ⁊ ob hoc etiam in octaua io-
hannis baptiſte. prefatio de apoſtolis ⁊ in octa
ua beati laurencij prefatio de aſſumptione canta
tur. In quibuſdam tamen eccleſijs dicitur ſimbo
lum in feſto beate iohannis baptiſte ⁊ non incō-
petenter. quia ipe non ſolū fuit propheta. ſed ⁊
pluſquā ꝓpheta. Et in ſimbolo. de ꝓpheta fit
mencio ibi. Qui locutus eſt per ꝓphetas. De ip
ſō quoq̄ʒ ſcriptum eſt. Fuit homo miſſus a deo.
⁊c̄. ⁊ ita fuit apoſtolus. de ipſo etiam ait. Iohan
nes. os aureū in ſermone qui legitur in feſto de
collationis. io. par angelis apoſtolorum vox Ip
ſe etiam primo baptiſauit ⁊ baptiſmum predica-
uit. ⁊ in ſimbolo fit mencio de baptiſmo Horū
quidem omnium fit commemoratio in ſimbolo.
quorundam tamen obſcure vt epiphanie. eſt ta-
men illud profeſtum domini eſt etiam feſtum il-
lud baptiſmatis de quo in ſimbolo continetur ibi
Confiteor vnum baptiſma. ⁊c̄. et cene domini.
ſed illa eſt ſolennitas eucariſtie. ad quam reſpi-
cit illud ſanctorum cōmunionem ⁊ angelorum.
ſed illi nomine celi debēt intelligi. de quo in ſim-
bolo dicitur ibi. Creatorem vel factorem celi et
terre ⁊c̄. Quibuſdam tamen videtur tunc non
eſſe cantandum. eoq̄ꝙ angeli nunquam habuerūt
fidem ſed ſpem. nec credunt ſed ſciunt. qm̄ plenā
ſcienciam habent. Fit etiam commemoratio. licet
obſcure dedicationis eccleſiarum ſed ad illam re
ſpicit illud. ſanctam eccleſiam catholicam. tunc
enī ſanctificatur. ⁊ vt ita dicam catholizatur. ec
cleſia cum dedicatur. Ad octauas vero reſpi-
cit reſurrectio mortuorum. de qua dicitur ibi. Et
expecto reſurrectionem mortuorum. In feſto
ſancte agnetis ſimbolum non cantatur. quia licet
in eccleſia celebretur. non eſt tamen feſtū octa-
ue prout in ſeptima parte ſub ipo feſto dicetur.
Porro quidam non abſurde ſimbolum cantant

ſingulis diebus a die reſurrectõis vſqꝫ ad feſtū
aſcenſionis· ſicut in omnibus dominicis diebus·
⁊ etiaꝫ in ſolennitate beate marie magdalene di
centes illam fuiſſe apoſtolorum apoſtolam eo ꝙ
ipſa primo reſurrectõis gaudium apoſtolis nun
ciauit ⁊ in feſto beati martini quia de eo cantat̃
Martine par apoſtolis· Quidam etiam dicunt·
illud in principali feſto cuiuſlibet eccleſie ſeu o=
ratorij·non tamen in octauis illorum ſi eas cele=
brent· Veruntamen de quibuſdam mentio fit
in ſimbolo· in quorum commemoratione ſimbo=
lum non cantatur· vt paſſionis ⁊ ſepulture qm̄
illorum dierum officium aliorum officiorū regu
lam nō ſectatur·Non dicitur etiaꝫ qn̄ in ꝓfeſtis
celebratur ad honorem beate virginis vl' ſancte
crucis vel ſancti ſpūs· In quibuſdam locis can=
tato ſimbolo·vel dum cantatur·populus cantat
kyrieleiſon· qm̄ poſtquā xp̄c ⁊ apoſtoli docuerūt
fideles fide recepta·laudes deo deberūt quas for
ſitan repreſentat ſuauiſſima ſimboli melodia·
Illud autem ſciendum eſt ꝙ xp̄c non venit predi
care gentibus·ſed iudeis·iuxta illud euangelij·
Non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt do=
mus iſrahel· Vnde precepit apoſtolis · In viam
gencium ne abieritis· ⁊ in ciuitates ſamarita=
norum· ne intraueritis donec poſt reſurrectio=
nem precepit eis dicens· Euntes in mundꝫ vni
uerſum ·predicate euangelium omni creature·
Et idcirco romano pontifice ſolenniter celebrā=
te ſimbolum fidei·non cantores in choro ſed ſub
diaconi ad altare decantant· ⁊ generaliter ip̄i ad
vniuerſa reſpondent·vſqꝫ dum ipſe pontifex dicit
Pax domini ſit ſemper vobiſcum· quoniam vſqꝫ
poſt chriſti reſurrectõem·ſola iudeorum eccleſia
que per ſubdiaconos· qui ſurſum ad altare con=
ſiſtant deſignatur·corde creditur ad iuſticiam ⁊
ore confeſſio eſt ad ſalutem· ſed ex tunc canto=
res in choro reſpondent ⁊ vniuerſa decantant·qꝛ
poſt reſurrectõnem eccleſia gencium quam can=
tores qui deorſum in choro ſubſiſtunt deſignant
fidem chriſti· recipit ⁊ laudeꝫ preconia perſonuit
ſaluatori·Inter euangelium tamen ⁊ ſacrificium
chorus concinit offertorium quoniaꝫ inter paſ=
ſionem ⁊ predicationem gentilitas fidei votum
deo offerens cantauit quando mulier chananea·
de finibus tiri ⁊ ſidonis egreſſa clamauit ⁊ dixit
miſerere mei domine fili dauid· Filia mea male a
demonio vexatur·cuius tandem fidem cōmēdās
dominus ait· O mulier magna eſt fides tua fiat
tibi ſicut petiſti· Poſtremo ſimbolum apoſtolorū
tanquā breue ⁊ omnia cōtinens ſub cōpendio ex
ponamus· Credo in deum patrem omnipotentem
creatorem celi ⁊ terre· ⁊c̃ Nota ꝙ aliud eſt vt
ait auguſtinus credere deo· aliud credere deum
⁊ credere in deum· Credere deo eſt credere vera
eſſe que loquitur·quod etiam mali faciūt·⁊ nos
credimus homini ⁊ non in homine· Credere deuꝫ
eſt credere ꝙ ipſe ſit deus· quod etiam demones
faciūt ·Credere in deum eſt credendo amare· cre
dendo in eum ire· credendo ei adherere ·quod ſoli
boni faciunt·ergo qui dicit· credo in deum mēti
tur ſi non diligit deum·niſi dixerit·quod in perſo=
na eccleſie loquitur dicens·deum autem ſingula
riter deorum effugit pluralitatem ·Vnde nota=
biliter in maiori ſimbolo additum eſt hoc verbuꝫ
vnum·iuxta illud Audi iſrahel dominus deus tu
us vnus eſt·Et apoſtolus vnus eſt deus vna eſt
fides ·vnum baptiſma·dicens vero patrem· inci
pit perſonas diſtinguere·de quibus Yſaie·Quis
appendit tribus digitis molem terre·Et alibi·Se
raphin clamabat· ſanctus·ſanctus·ſanctus· Et
dominus·baptizate omnes gentes in nomine pa=
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſācti·Et Jacobus· Tres ſūt
qui teſtimonium dant in celo ·Pater·verbum·⁊
ſpūſſanctus· Pater eſt prima·non tempore ſꝫ au
toritate in trinitate perſone ·Quod ſequitur om=
nipotentem nomen eſt eſſenciale ideoqꝫ illud ad
ſubſtantiuū deum vel ad relatiuum patrem non
ſine ratione referimus ·dicentes· Credo in deum
patrem omnipotentem ·vel credo in patrem om=
nipotentem· Similiter ⁊ quod ſequitur· Creato=
rem celi ⁊ terre vbi confutatur hereticus qui a=
lium celi · alium terre aſſerit creatorem· alium
celeſtium·alium terreſtrium·alium corporum·a=
lium anima ꝝ·cōtra quos ait moyſes · In princi
pio creauit deus celum ⁊ terram· Et dauid· In
principio tu domine terram fundaſti·⁊ opa ma=
nuum tuarum ſunt celi·Et apoſtolus· In ipo ↄdi
ta ſunt vniuerſa in celo ⁊ in terra·Sequitur ·Et
in iheſū xp̄m filiū ei⁹ vnicum dn̄m noſtrum·Ecce
altera in trinitate perſona hic eſt iheſus· qui ſal=
uum facit populum ſuum a peccatis eorum· hic
eſt xp̄us oleo leticie pre conſortibus vnctu · hic
eſt enim vnicus patris filius·de quo dauid·fili⁹
meus es tu ego hodie genui te Et apoſtolus·mi
ſit deūs filium ſuum natum de muliere factum·
ſub lege· hic eſt dominus noſter quia nos creā=
uit·qui nos ſeruos alienos ꝓcio ſanguinis emit·
Sequitur·qui conceptus eſt de ſpiritusancto na=
tus ex maria virgine· Ecce primum xp̄i ſacramē
tum ſcꝫ incarnatõ·ac ſi dicat·qui cum ſit deus fa
ctus eſt homo non ex virile ſemine· ſed ↄceptus
opatõe ſpūſſancti·natus ex maria v̄gine·Vnde
Iſa·Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium ⁊ voca
bitur nomen eius emanuel ·Et angelus in euan
gelio·Aue maria gracia plena dominus tecum·
Et illa· Spūs ſanctus ſuperueniet in te ⁊ virtus
altiſſimi obumbrabit tibi·Quidaꝫ tamē hec v̄ba
Qui conceptus eſt de ſpū ſancto · iungunt cum
precedentibus·Sequitur· paſſus ſub poncio pila
to ·crucifixus mortuus ⁊ ſepultus · Ecce ſcd̄m
ſacramentum ſcd̄m humanitatem xp̄i ſcꝫ paſſio
cui⁹ temp⁹ deſcribitur·ſub poncio pilato·Forma
ſubditur·crucifixus· Finis concluditur mortu⁹
et ſepultus· Vnde plangens dicit ex ore dauid·
et iheremie·Foderunt man⁹ meas ⁊ pedes meos
⁊ dinumerauerunt omnia oſſa mea· De morte
ait ꝓpheta· Domus domini fuit exitus mortis·
De ſepulchro ait Yſaias·Sepulchrum eius exti=
tit glorioſum ·hec ſunt in euangelio manifeſta·

Sequitur· Deſcendit ad inferos tercia die reſur
rexit a mortuis· Ecce tercium ſacramentum· ſcꝫ
reſurrectio ·ſed de deſcenſu ad inferna premittit·
ex quo mortui liberantur· Unde in oſee· de manu
mortis liberabo eos· de morte redimam eos· ero
mors tua o mors morſus tuus ero in fe· Hic eſt
euangelicus fortis qui fortem ligauit et eiꝰ va
ſa diripuit· hic eſt qui dicit in ps̄· Ego dormiui· ⁊
ſoporatus ſum ⁊ exurrexi· quoniam dominus ſu
ſcepit me· qui patri dicenti· exurge gloria mea
exurge cum pſalmis ⁊ cithara · Breui ſermone
reſpondet ·exurgam diluculo cuius reſurrectio
ni mulieres ⁊ viri perhibent teſtimonium in euā
gelio· Qđ autē dicitur in maiori ſimbolo ſurrexit
tercia die ſcđm ſcripturas· exponitur· ideſt eo mō
eo ordine ⁊ eo tēpore quo p̄dictum eſt a ſcriptu
ris· Sequitur· aſcendit ad celos ſedet ad dexterā
dei patris omnipotentis· Ecce quartum ſacramē
tum ſcilicet aſcenſio · Aſcendit enim ſicut ait da
uid ſuper cherubim· ⁊ volauit ſuper pennas vento
rum· ⁊ parauit in celo ſedem ſuam· ⁊ regnum eiꝰ
omnibus dominabitur· Cui ait pater· Sede a dex
teris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellū
pedum tuorum· Et vt aſcenſioni de viſu quoqꝫ te
ſtimonium non deeſſet ait lucas· Videntibus di
ſcipulis eleuatus eſt· ⁊ n· ſ· e· ab oculis eorum·
¶ Sequitur · Inde venturus eſt iudicare viuos
⁊ mortuos· Ecce quintum· quod nondum aper=
tum eſt ſacramētum· veniet eñ rex manifeſte cui
pater iudicium dedit· Et ſicut ait dauid· Parauit
in iuditio thronum ſuum· ⁊ iudicabit orbem ter=
re in equitate· iudicabit populos in iuſticia· Et a
libi· deus manifeſte veniet deus noſter ⁊ non ſile
bit· Et lucas · Ita veniet ſicut vidiſtis eum euntē
in celum· Et micheas· Iudicium domini cum po=
pulo ſuo· Sequitur· Credo in ſpiritum ſanctum ·
Ecce in trinitate perſona ſcꝫ ſpūſſanctꝰ· de qua
moyſes· Spūs domini ferebatur ſuper aquas Et
ps̄· Flauit ſpūs eius ⁊ fluent aque· Et dominus
in euangelio· Spūs qui a patre procedit docebit
vos omnia· Ille enim docet· ille ſanctificat ille vi
uit· ille peccata remittit· per hunc reſurrectōēꝫ in
gloria· per hunc ꝯſequimur vitam eternam· Un
de ſequitur· Sanctam eccleſiam catholicā· ⁊ poſ
ſunt hec verba ⁊ ſequencia ſic intelligi ⁊ coniun
gi· Credo in ſpm̄ ſanctum ſanctam eccleſiam ca=
tholicam ideſt credo ꝑ ſpm̄ ſanctum· ideſt ſanctā
eccleſiā fideliū ſāctificari Itē credo in ſpiritū ſan
ctum ſanctorum communionem· ideſt ꝑ ſpiritum
ſanctum· ſanctos in vinculo caritatis vniri· Et
credo in ſpm̄ ſanctum remiſſionem peccatoꝝ idē
per ſpm̄ ſanctum peccata remitti· Et credo in̄ ſpi
ritum ſanctum carnis reſurrectōnem ⁊ vitā eter
nam ideſt per ſpiritum ſanctum carnem gloriaꝫ
conſecuturam ⁊ animam vitam eternam Vel ſic
Credo ſanctam eccleſiam catholicam· nō ita dici
mur vt aſſerit auguſtinus· credere in eccleſiam
ſicut in deum· ſꝫ in eccleſiam ſanctam catholicam
credimus dum in eccleſia conuerſantes· ⁊ in deū
credimus· ⁊ que ſecuntur nos inde firmiſſime cō

ſequi ꝓfitemur· ſcꝫ ſanctorum cōmunionem re=
miſſionem peccatorum carnis reſurrectionem et
vitam eternam · Unde ſic coniungens · Credo in
ſanctam eccleſiam catholicam ſanctorum com=
mūnionem· ideſt per fidem quam habeo exiſtens
in ſancta ⁊ vniuerſali eccleſia aſſequor ſanctoꝝ
communionem· ideſt concordiam ⁊ vnionem ·ſic
eñ eſt vnus paſtor ſic vnum ouile· ſic vnus deus
ſic vna fides ⁊ vnum baptiſma· vel percipio ſan=
ctorum communionem· ideſt panem benedictōis
De quo dicitur· crede ⁊ manducaſti· Similiter et
que ſecuntur· Credo in ſanctam eccleſiam pecca
torum remiſſionem· ideſt per fidem quam habeo
exiſtens in ſancta ⁊ vniuerſali eccleſia cōſequor
remiſſionem peccatorem· ⁊ lepre curationem ·de
qua dicitur in lege ⁊ euangelio· maria ſoror aa=
ron cum ſeptem diebus fuerat extra caſtra ·eſt
a lepra mundata· Naaman ſirus ſepcies lotus in
iordane eſt a lepra curatus· ⁊ ſic dominus decē
leproſos mūdauit ſed vnus tm̄ dedit gloriā deo·
De magdalena dicitur quia dimiſſa ſunt ei pecca
ta multa quia dilexit multū · Paralitico quoqꝫ
ait dominus · Fili remittuntur tibi peccata tua ·
Sequitur· Credo in ſanctā eccleſiam catholicam
carnis reſurrectionem ideſt per fidem quam ha=
beo exiſtens in eccleſia conſequor carnis reſur=
rectionem de qua Iob· Credo ꝙ redemptor meꝰ
viuit ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſū ⁊
in carne mea videbo deum ſaluatorem meum Un
de in euangelio· deus abraam deꝰ Iſaac ⁊ iacob·
non eſt deus mortuorū ſed viuorum· Et apoſto
lus· Omnes quidem reſurgemus· ſed non omnes
immutabimur· Similiter coniungendum ē quod
ſequitur Credo in ſanctam eccleſiam catholicam
vitam eternam· ideſt per fidem quam habeo exi=
ſtens in eccleſia conſequar vitam eternam· hec
eſt terra viuenciū de qua dauid· Credo videre bo
na domini in terra viuencium· Eſt aūt vita eterna
videre deum patrem ⁊ queꝫ miſit ihēſū xp̄m · De
hoc etiam ſubſabbato ſancto in vj · parte vbi
agitur de baptiſmo dicatur·

¶ De predicatione· ·R·

Quoniam vt premiſſum ē euangeliū
predicatio eſt ⁊ ſimbolum fidei pro=
feſſio· ideo poſt illa fit populo predi
catio quaſi euāgelici verbi ⁊ ſimbo=
li ſiue noui ⁊ ve· teſtamenti expoſitio· qui modus
ſumptus eſt ex libro neemie· in principio vbi le=
gitur· Et legerunt leuite in libro legis dei· Nee
mias autem ſacerdos ⁊ eſdras ſcriba interpreta
bantur populo vniuerſa preterea monebātur an
tiquitus qui in fraterno odio erant vt ad concor
diam venirent priuſquam communicarent ⁊ ꝙ
mundi eſſent priuſquā corā ſuo ſaluatore cui no
ta ſunt ſecreta cordium apparent· ex quo ſiquidē
p̄dicandi vſus in eccleſia inoleuit · Inde etiam eſt
ꝙ oratio dominica que ad primam ⁊ in alijs ho=
ris voce demiſſa dicitur ad miſſam alta voce· et
patenter dicatur· Et in ea homini fraterna monitā

continetur· communiter tamē pōſt predicationē
ſimbolum decantatur· quia fidem predicatam ſe
tenere eccleſia profitetur·verum cum predican=
di officium priuilegiatum ſit nulꝰ predicare de=
bet niſi cui cōmittitur aut cui ex officio ſibi iniū
ctō incūbit·Juxta illud apoſtoli· Quō predica
bunt niſi mittantur ꝛ ideo p̄dicaturus licenciam
petit dicens· Jube dñe· Debet autē predicator
in loco eminentiori eſſe ſicut ꝛ euangelium le=
gens ꝓpter ratōnes ſub titulo de euangelio ſcri
ptas·Vñ ꝛ videns iheſus turbas aſcendit in mō
tem ꝛ aperiens os ſuum docebat eos·mathei·v·
Et eſdras fecit gradum ligneum ad loquendum
vt dictuȝ eſt in prima parte ſub titulo de eccleſia
vbi de pulpito agitur Debet tamen humiliter ꝓ
ferre que docet ne ſcdm̄ gregorium illum elatis
moribus predicet·quem in cordibus audiencium
ſacris ſermonibus inſectatur·Et ſcdm̄ ambro·p̄
dicatio chriſtiana non indiget pompa nec cultu
ſermonis·Debet quoqȝ ſcdm̄ gregorium predi=
cator eſſe diſcretus in ſilencio vtilis in verbo ne
aut tacenda proferat aut proferenda reticeſcat
Sunt tamen nonnulli huius doctrine obliti qui ſi
cut ait beda· Auditores ſuos in principium mer
gunt quibus non ſalutaria que corrigāt ſed que
illos delectant erronea predicant·Alij vero ſcdȝ
gregorium dum extimari hebetes volunt ſepe ex
immoderata ſubtilitate ſe in quibuſdam inquiſi=
cionibus pluſquam expediat exercent ſecreta mi
ſteria ſua predicatione non intelligentibus reſe=
rando oportet enim eum qui docet ꝛ inſtruit pro
ingenio diſcencium ſemetipſum aptare ꝛ ver=
bi ordinem pro audiencium capacitate dirigerē
quoniam qui docet ea que ab auditoribus intel=
ligi nequeunt non ad eorum vtilitateȝ· ſed ad ſui
oſtentationem facit vt plura ſcire videatur vel a
dulatione vt eis placeat quibus ſecreta reuelat·
Juxta quod apoſtolus ait·xp̄c me miſit predica=
re non in ſapiencia verbi· Jn concilio cartha=
giñ·ſtatutum eſt vt ſacerdote verbum ſcilicet p̄
dicationis in eccleſia faciente·qui egreſſus de au
ditorio fuerit videlicet contemnens excommuni
cetur· Poſt predicationem fit confeſſio ꝛ indul
gencia pro commiſſis ꝛ obmiſſis concedetur· vt
ſic conſciencijs emundatis· Juxta illud ꝓphetiſ
cum·Et ſcopebam ſpiritum meum·accedant ſin=
guli ad communionis ſacramentum· quod mox
in miſſa·vl' ſacramentaliter vel ſpūaliter recep=
turi ſunt·que ſpūalis communio fit per fidem o=
perantem ꝑ dilectōnem Juxta illud Auguſtini·
Crede ꝛ manducaſti·

Secūda pars miſſe·de offertorio· ·R·

Secunda pars miſſe in offertorio ſi=
ue in dominus vobiſcum incipit q̄ in
q̄tuor ſubdiuiditur particulas·Pri
ma dicitur ſecretella·Secunda pre=
fatio·Tercia canon·Quarta oratō
domīcā cū ſua p̄fatione ſcȝ p̄ceptis ſalu· Pōt etiā
quicquid ab hoc loco vſqȝ in finē miſſe dicitur·
ſecreta vocari·q̄ ſecreta in·v·diuidit ꝑtes· Pria

eſt ab offertorio vſqȝ ad p̄facōȝ ꝛ hoc ſpēaliter
dicit ſecreta·Secūda eſt p̄fatio· Tercia canon·
Quarta oratō dñica·Quinta ē embolīſ.nꝰ·Qui
na etenī fuit dominici ſanguinis effuſio· Prima i
circumciſione· Secūda in ſudore· Tercia in fla=
gellatione · Quarta in crucifixione · Quinta in
mortui lanceatione· Sane ordo conueniens eſt
vt poſt predicationem ſequat̄ fides in corde laus
in ore·fructus in opere·Predicatō quideȝ eſt in
euāgelio·fides in ſimbolo·laus in offertorio·fru
ctus in ſacrifitio· quaꝓpter offerenda cantatur·
quia ſacrificium laudis offertur·Vnde p̄s·Cir=
cuiui ꝛ imolaui in tabernaculo eius hoſtiam voci
ferationis cantabo ꝛ pſalmum dicam domino·
Et in paralipp·Cum offerrent olocauſta ceperūt
laudes canere domino organis ꝛ in diuerſis que
dauid rex comparerat concrepare·Offertorium
quidem inter euangelium ꝛ ſacrificium canitur·
prout in titulo de ſimbolo dictum eſt· Sacerdos
autem dicturus oremus·premittit dominus vo=
biſcum·quaſi diceret·niſi nobiſcum ſit dominus·
orare non poſſumus ad ſalutem noſtraȝ· Subicit
ergo oremus monens populum orare vt fideȝ in
ſimbolo recitatam credat ꝛ in ea ſtabilis perma=
neat·quia ꝛ xp̄us diſcipulis ſuis dixit·orate ꝛc·
luce·xxij· Monens etiam vnumquēqȝ ad ſe redi
re·conſcienciam ſuam diſcutere·ꝛ ſeipſum in ho=
locauſtum iuſtum deo offerre· Prius ergo quaȝ
chorus cantet offertorium ſalutatur a ſacerdote
vt poſſit deuote cantare· Et mox poſtquā ille di=
xit oremus·chorus cantat canticum offerentiuȝ
ſiue offertorium·ꝛ populus offert·vt noteter ꝙ
pōſt impletionem mandatorū offerimus noſmet
ipſos·ſicut ſub ti·de oblatione dicetur· Ac ſi v=
nuſquiſqȝ offerens dicat· Credo·ꝛ fidem quaȝ in
ſimbolo profeſſus ſum opere compleo ꝛ ora=
tioni ſacerdotis cōſentio· vnde ꝛ ſacerdos ſtatim
offert dona conſecranda·Et attende ꝙ offertorio
ſum verſus cum multa diligencia ab ātiquis pa
tribus inuenti·hodie in pleriſqȝ locis omittunt̄·
tum breuitatis cauſa· vt tam miniſtri quam po=
pulus orationi ꝛ ſacramēto altaris liberius va
cent· Tum etiam quia ſicut ait auguſtinus·Jp=
ſam chriſtianam religionem pauciſſimis ꝛ mani
feſtiſſimis celebratōnum ſacramentis miſericor
dia dei voluit eſſe liberam· Et ſcdm̄ hieronimum
Melior eſt quinqȝ pſalmorum cum cordis hilari
tate decantacio·quā tocius pſalterij cum anxie
tate modulatō·verborū etiam multitudine deus
flecti non poteſt Solum ergo in offertorio qđ di
citur in miſſa pro defunctis·verſus ipi hodie dūr
quia officium illud nō ſequitur in multis normā
alterius officij· Porro a patribus introductum
eſt vt offertorium cantetur· qui vt premiſſum ē
quando offerebant in tubis clangebant·hilareȝ
nanqȝ datorem diligit deus Inductum eſt etiaȝ
ex eo ꝙ ſalomon in dedicatione templi ꝛ altaris
innumerabilem multitudinem holocauſtorū ob
tulit cum magna ſolennitate · et a moiſe cui de=
ſcendenti de monte ꝛ populum ſalutanti· ꝛ orāti

occurrit populus ⁊ munera obtulit. Cantatur etiam offertorium dum offertur. ad memorandum iocunditatem iſrahelitici populi offerentis donaria ad edificium tabernaculi vel pocius ad deſignandum clamorem mulieris. de qua legitur in apocali. xij. capi. Mulier ideſt eccleſia amicta ſole ideſt chriſto quem induit in baptiſmo habēs lunam ſub pedibus. id eſt omnia mutabilia calcans. ⁊ in capite coronam duodecim ſtellarum. ideſt chorum duodecim apoſtolorum. ⁊ habens i vtero ſupple ea que viſui initio geſta ſūt clamat perturiens. ⁊ cruciatur vt pariat. Clamorem ergo eius perturientis vel ſalubrem domini cruciatum imitatur offerenda per ſuum grauēȝ ⁊ grādiſonum cantum que neumis diſcenta ⁊ verſib9 fecundata quantum vis longa iubilatione quid ſignificat non ſatis exprimere valet. Quis tamē offertorium cantari inſtituerit ignoratur. Traxit nomen offertorium a ferta quod eſt oblatio que in altari offertur ⁊ a pontificibus conſecrat͛ inde offertorium dicitur. quaſi prefertum oblatio vero vocatur quia offertur. dicitur etiā offertoriū quia dū offerenda cantatur ſacerdos accipit oblatōnes vel hoſtias a miniſtris. de quibus ſub ti. de oblatione dicetur. Aduertendum auteȝ eſt ꝙ licet ſacerdos p̄mittat oremus. nō tamē immediate orat imo thurificat. oblatōnes recipit. ⁊ alia agit quaſi p̄o facto dicat. non ceſſat orare qui non ceſſat bene agere. Dum ergo offertorium canitur ⁊ incenſum portatur inſtante memoria dominice paſſionis ſilēcium obſeruat vſqȝ dum alta voce dicit. Per omnia ſecula ſeculoruȝ Illud inſinuans ꝙ ihēſus poſt ſuſcitationē lazari non palaȝ ambulabat apud iudeos. cū cogitarēt eum interficere. ſed abijt in ciuitate que dicitur effren ⁊ ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Collegerunt enim pontifices ⁊ phariſei concilium. ⁊ vnus ex ipſis cayphas nomine dixit. Expedit. vt vnus homo moriatur pro populo ⁊ non tota gens pe. ⁊ ab illo die cogitauerunt eum interficere. de hoc dicetur ſub titulo de inclinatione ſacerdotis.

Priuſquā ſacerdos offerat manꝰ iterū lauat. quāuis prius dū veſtibꝰ ſe ornaret lauiſſet. ꝑut dictū ē ſub ti. de capitis cōpoſitione. Et etiaȝ poſt ſecūdam thurificatōȝ iterꝝ lauat vt ſic magis ac magis mundatus offerat hoſtiā immaculatā ſāctam deoqȝ placentem. Vnde ⁊ p̄s. Cum mundatus eſſet petebat amplius emundari. dicit. Amplꝰ laua me ab iniquitate mea. ⁊ a peccato meo munda me ⁊c̄. Lauat autem ſemper ad dexteruȝ cornu altaris. nam dextera ꝓſperitatem. ſiniſtra aduerſitatem ſignificat. quia igitur pluries peccatur in proſperis q̄ȝ in aduerſis. Iuxta illud p̄s. Cadent a latere tuo ſcȝ ſiniſtro mille. ⁊ decem milia a dextris tuis. merito magis lauandum ē ad dexteram quam ad ſiniſtram. Sacerdos itaqȝ hoſtiam oblaturus manus lauat ad ſignificandum ꝙ lauare ac mundare debet ɔſcienciam lacrimis penitencie ⁊ cōpunctionis. Iuxta illud. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lacrimis meis ſtratū meū rigabo. Et ideo tunc dicit. Lauabo int͛ innocentes manus meas. ideſt opera Et Iſa. Lauamini ⁊ mundi eſtote. nam ⁊ chriſtus priuſquam verum ⁊ vnicum ſacrificiuȝ in ara crucis offerret in reſuſcitatione lazari lacrimas miſeratus effudit euangeliſta teſtante. Iheſus inquit i fremuit ſpū. turbauit ſemetipſum ⁊ lacrimatus eſt. Lauat etiam manus ne reus ſit corporis et ſanguinis domini Iuxta illud. Munde ſunt manus mee a ſanguine iuſti huius. ⁊ vt mundi ſint a terreno pane iam in populi oblatione recepto vl͛ a terreno deſiderio.

Interim vero dum ſacerdos manus abluit diaconus corporalem pallam ſup altare diſponit in quo ammonētur miniſtri ⁊ populus vt ſint ab omni carnali cupiditate mundi ſicut ip̄a palla mūdata eſt a naturali viriditate ⁊ humore. Mundicia quoqȝ corporalis ſignificat mūdiciā populi fidelis. De hac palla in canone ita dicitur. ex cōſulto omnium cōſtituimus vt ſacrificiū altaris non in ſerico panno. aut intincto quiſquā celebrare p̄ſumat. ſed in puro lintheo ab ep̄o cōſecrato terterreno ſcȝ. lino idē de terra procreato atqȝ contexto. ſicͭ corpꝰ dñi noſtri iheſu xp̄i in ſindone linea munda ſepultum fuit ⁊ xp̄s veram carnem paſſibilem ⁊ mortalem de terreno virginis corpore aſſumpſit De lino igitur candido nō intincto ex inſtitutione ſixti pape. ideſt ⁊ euſebij fit corporale. Significat autem corporale paſſionis intencionem ſeu corpus chriſti. quia ſicut linum multo labore. ac multis tunſionibus acquirit candorem ita chriſti caro multo certamine ad reſurrectionis gloriam peruenit. Significat etiam eccleſiaȝ per quam corpꝰ chriſti intelligitur. que multis paſſionibus ⁊ preſſuris ad candorem eterne vite perducitur. Tercio ſignificat ipſum chriſtū. Cū enī ɔplicetur. vt nec inicīū nec finis eiꝰ appareat ſic eius diuinitas inicio caret nec finem habebit Et ſicut oblata coniungitur corporali ⁊ ponitur in altari. ſic chriſti caro iuncta diuinitati affigitur cruci. Et nota ꝙ in quibuſdam eccleſijs palla corporalis que calici ſupponitur in longū altaris extenditur. que quatuor in longū ⁊ tres habet plicaturas in latum. Siquidem in longum altaris extenditur quia vt aiunt quidā. lintheamen quo chriſti corpus inuolutū fuit per illā figuraȝ extenſum in longitudine ſepulchri inuentum eſt Quatuor eius plicature in longum. quatuor deſignant cardinales virtutes ſcȝ iuſticiam. temperanciam. prudenciam ⁊ fortitudinem. ꝑ quas innate nobis paſſiones reprimuntur. Tres vero plicature in latum tres theologicas virtutes ſcȝ fidem ſpem ⁊ caritatē. ꝑ quas deo vnimī figurāt Poteſt ⁊ aliud in his figurari. Duplex enim eſt palla que dicitur corporale. Vna quaȝ diaconus

ſuper altare extendit·altera quam ſuper calicem
plicatam imponit ſignificantes duo lintheami=
na·quibus ioſeph corpus xp̄i inuoluit· Extenſa
repñtat ſindonem qua corpus fuit in ſepulchro
inuolutum·⁊ inde corporale vocatur·plicata ſup
calicem poſita ſudarium·quo caput eius fuit ſe=
paratim inuolutū·Siquidem extenſa que corpo
rale vocatur·ſignificat fidem·plicata que ſuda=
rium vocatur·intellectum eñ hoc miſterium cre
di debet ſed cōprehendi non valet·vt fides habe=
at meritum cui humana ratio non prebet experi=
mentum·Secūdo quoqȝ corporale ſiue ſindo ſub=
ſiſtens ſignificat chriſti humilitatem in paſſione
ſudarium vero laborem· Tercio etiā corporale ſi
gnificat lintheum quo chriſtus erat precinctus
ſudarium laborem in perſecutionibꝰ·Ad hoc pal
la ſuper calicem pōſita aliquam ſcȝ ſuperiorē eiꝰ
partem non totum tegit· in quo datur intelligi
ꝙ ſudarium aliquam partem capitis xp̄i tegebat
⁊ aliquam non· ſicut mos eſt iudeis facere· que=
dam tamen eccleſie non habent niſi vnum corpo
rale·pro eo ꝙ in euāgelio legitur ꝙ ioſeph cor
pus iheſu inuoluit in ſindone munda·non enim di
xit in ſindones in plurali ⁊ hoc ad ſignificandum
ſacramenti vnitatem·⁊ ſignificat ſindonem·qua
chriſti corpus fuit inuolutum· Corporale au
tem ideo remanet ſuper altare vſqȝ ad ſumptio=
nem corporis ⁊ ſanguinis eleuationem calicis ð
altari · quia lintheamen ⁊ ſudarium in ſepul=
chro vſqȝ poſt domini reſurrectionem remanſe=
runt· Preterea corporale remanens propter ſui
albedinem oſtendit mundiciam mentis quā ſem
per habere debet corpus domini ſumens·Sother
papa ſtatuit ne femine ſacrate vel moniales ſa=
cra vaſa pūta calicem vel patenā vel ſacras pal
las ⁊ corporalia attingant· Ipſe tamen huiuſmo
di ornamenta altaris ⁊ miniſtrorum facere poſ=
ſunt·exemplo marie que talia fecit ⁊ texuit in v
ſum miniſterij tabernaculi federis·Communiter
tamen palla vocatur munda mappa ſupra quam
corporale diſtenditur·Et dicitur palla·eoꝙ pal=
leat vel abſcondit in ſe miſterium ſupradictum·
Debet autē altare duplici mappa operiri ad du
plicem ſtolam mentis·ſcilicet ⁊ corporis deſignā
dam· ¶ De oblatōne ſacerdotis ⁊ de offi=
cio miniſtrorum circa illam·⁊ de patena ⁊ de
oblationibus populi ⁊ clericorum·

Lotis igitur manibus diaconꝰ vl̄ ſa
cerdos miniſter exterſis manibus
mediante mūda taballia accipit mā
nus epiſcopi· quaſi iuuans illum de
faldiſtorio ad ſurgendum quod qui
dē fit non ad adiuuandum· ſed pocius ad pro=
uocandū illū·ideſt xp̄m·quē ſignificat ꝙ ſurgat
⁊ ꝓ populo oret·Iuxta illud·exurge dñe adiuua
nos·⁊ iterū·Exurge qui dormis· ⁊ ſic mediante
mūda taballia·ad notandū ꝙ mediāte mūdicia
manuū·ideſt operū noſtrorum excitatur dominꝰ
ad adiuuandum nos apud patrem· Si autē hoc
ad ipm pontificem xp̄i referatur vicarium tunc
dicendum eſt ꝙ ipſe prouocatus adiuuatur· per
mundiciam manuum eorum pro quibus orat vt
eius oratio efficax habeatur·Rurſus xp̄c omnia
bona opera eccleſie principaliter operatur· ſicut
legitur in Iſa·omnia bona opa noſtra opatꝰ es
in nobis dñe cuiꝰ locū gerit ep̄s· Miniſter vero
tanquā eius famulus ⁊ eius coadiutor typū co
operātis eccleſie gerit que in ſuis opibꝰ chriſti
opantis miniſtra ē ⁊ adiutrix ſicut dicit apoſtoꝰ
Coadiutores eñ dei ſumus· qui toballiam ·ideſt
deuotam reuerenciā adhibet·qm̄ ſcd̄m apoſtolū
Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare a no=
bis quaſi ex nobis·ſed ſufficiencia noſtra ex deo
eſt· Deinde epiſcopus vel ſacerdos ingreditur
ſanctuarium perueniens ad altare conſecratum
hic eſt xp̄us qui cenaculum grande ſtratum eſt
ingreſſus cum diſcipulis cenaturus et eis cor=
pus ſuū traditurus· vbi miſticam oblationē ac=
cipit a miniſtris·inſinuans illud quod io·euange
liſta deſcribit·Iohannes inquit ante ſex dies pa=
ſce venit in bethaniam vbi lazarus mortuus fu
erat quem ſuſcitauit iheſus ⁊ fecerunt ei cenam
in qua martha miniſtrabat· Procedit aūt ad
altare abſqȝ mitra ⁊ baculo ⁊ cum veſtibus ſa=
cris·put in ſuis locis dictū eſt·Conſidera ergo
ordinem·nam euangelium precedit· fides in ſim
bolo ſequitur·Deinde munera offerūtur· neceſſe
eſt eñ primum audire quo inquit apoſtolus Cre
dent niſi predicetur·Deinde·quis niſi recte credi
derit munus deo acceptabile offerre non poterit
quia ſine fide impoſſibile eſt deo placere· Hic er=
go de triplici oblationis genere dicendum eſt vi
delicet de oblationibus ſacerdotis miniſtrorum
et populi· Sacerdos itaqȝ primo offert ſeipſū
Offerenda etiam ſunt que ſunt dei deo ideſt ani=
me habentes ſimilitudinem dei impreſſam·Dein=
de que ſunt ſacrificio neceſſaria ſcilicet panem et
vinum ⁊ aquā ·⁊ alia ſacrificio apta· Et nota ꝙ
in veteri teſtamento ponebantur ſuper menſam
tabernaculi·xij· panes azimi de ſimula mundi val
de ⁊ ponebantur ſeni altrinſecus et ſingulis ſup
ponebatur patena aurea ⁊ ſuper patenam pugil
lus thuris·Panes autem iſti dicti ſunt ſacerdo=
tales·quia ſoli ſacerdotes eos de altari ſublatos
commedebant·vel ſcd̄m ioſephum· quia dominꝰ
preceperat ꝙ ſoli ſacerdotes illos formarent et
coquerent ⁊ ponerent in menſa ⁊ tollerent· ipſi
tamen hoc non obſeruauerunt· Et ex his con=
uincitur ꝙ ſacerdotes debeant hoſtias facere ꝑ
ſeipſos ·Dicebantur etiam panes propoſitionis
quia poſiti erant ſuper menſam propoſitionis co
ram domino in memoriam ſempiternam duode=
cim tribuum filiorū iſrahel·exo·xxv·c·Vel por
ro poſiti·ideſt longo tp̄e poſiti· ſcilicet per totam
ebdomodam·Nam in diluculo ſabbati·recentes
⁊ calidi imponebantur menſe· ⁊ erant ibi immoti
vſqȝ ad ſequens ſabbatum·⁊ tunc ſubtrahebant̄
vel erant ibi ineternum per ſucceſſionem ponen=
di in menſa· Hoſtia autem formatur rotunda·

quia domini eſt terra· ⁊ plenitudo eius orbis ter
rarum ⁊ vniuerſi qui habitant in eo· vt ipſa ſui
forma ſignificet illum·qui principio caret et fi=
ne·quamuis ipſe ſit alpha ⁊ o· ideſt principium
principians atq̃ finis·apoc·j·c· Rurſus cum fi=
gura rotunda formetur a puncto ad punctum·
per hoc innuit· q̄ a b ipo ſunt omnia· ⁊ ad ipm
omnia retorquentur Vnde p̄s· veritas tua in cir
cuitu tuo·De hac figura dictum eſt in prohemio
ſecunde partis·de hoc etiam dicetur in ſexta p=
ticula canonis ſuper verbo· Accepit panem ·Ce
terum duo ſunt que offeruntur·donum videlicet
⁊ ſacrificium· Donum dicitur quicquid auro vel
argento vel qualibet alia ſpecie offertur· Aliud
tamen eſt donum ⁊ aliud munus· prout dicetur
ſub prima particula canonis ſuper verbo · Hec
dona·Sacrificium eſt victima ⁊ quecunq̃ in ara
cruciantur ſeu ponuntur·quaſi ſacrum factuz vl̄
ſignum·quia prece miſtica conſecratur pro no=
bis in memoriā dominice paſſionis·Quidam au=
tem peruerſi heretici nobis ad preſumptionē mā
gnam reputant·quia ſacrificamus ⁊ conſecratō
nem hoſtie ſacrificium appellamus ·Cum ſcriptu
ra ex perſona domini dicat·nolo ſacrificiuz·⁊ Yſa·
ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra ·Et in euā
gelio· Miſericordiam volo ⁊ non ſacrificium·
Et dicendo · ſi voluiſſes ſacrificum et cetera·
De hoc ⁊ quid ſit ſacramentum dictum eſt in pri
ma parte ſub ti·de eccleſiaſticis ſacramentis Om
ne autem quod deo datur·aut dedicatur aut con
ſecratur Quod dicendo datur vnde ⁊ appellatur
Errant igitur qui conſecrationem dedicationem
ſignificare putant·imolatio ab ātiquis dicta eſt
eo q̄ in mola altaris poſita victima crederetur·
mactari enī poſt imolationem eſt·nunc autē imo
latio pani ⁊ calici conuenit libatio vero tantum
calicis oblatio eſt· Iuxta illud·⁊ libauit de ſan=
guine vue·⁊ illud poeticum· Nunc patenas liba
re ioui·Libare enim ꝓprie eſt effūdere ·⁊ antiqui
tus·quod in liquida materia offerebatur vt vi=
num ⁊ oleū libanien dicebatur·quod vero in ſic
ca·vt ſimula·panis ⁊ thus oblatō nominabatur
Hoſtie apud veteres dicebantur ſacrificia · que
fiebant priuſquam contra hoſtes pergerent·vi=
ctime vero ſacrificia·que poſt victoriā deuictis
hoſtibus imolabant de quo dicetur ſub ſexta
particula canonis ſup verbo·Qui pridie·Et erāt
victime maiora ſacrificia quā hoſtie·vel victima
dicebatur·quia victa ducebantur ad aras·Olo=
cauſtum ideſt vbi totum quod offerebatur pu=
ta agnus vel vitulus in altari igne conſumitur
olon enī grece dicitur totum· cauſtos incenſio·
Cerimonie apud latinos dicuntur ſacra omnia·
que apud grecos orgia vocantur· ꝓprie tamen
cerimonie a carendo dicuntur·eo q̄ in his que in
ſacris offeruntur in ſuo vſu careant homines·a=
lij appellant cerimonias obſeruancias iudeorum
in abſtinencia quarundam eſcaꝝ· ſcd̄m veterem
legem a carendo·quia carent rebus quibus ab=
ſtinent· Panis autem ⁊ calicis ſacramentū euca

riſtie dicitur ꝓut dicetur ſub dicto verbo·qui pri=
die·Porro circa oblationem ſacerdotis· miniſtri
ſua officia executuntur·Diaconus enī corporale ſu
per altare explicat ⁊ diſponit·in quo oſtenditur
q̄ euangelium xp̄m ſeu corpus xp̄i·imo totaz ip
ſius humanitatem plene deſcribit· Corpale enī
hoc corp9 chriſti ſignificat·ꝓut in precedenti ti·
dictum eſt·Deinde ſubdiaconus in primis calicē
preparat·panem ⁊ vinum in illo diſponens a ſa=
cerdote poſtmodum conſecranda· quia nimirum
lex que per ſubdiaconum hic cōgrue deſignatur
huiuſmodi oblationis miſterium preſignauit di=
cens·q̄ melchiſedech ſacerdos obtulit abrahe pa
nem ſcʒ de frumento ⁊ vinum de racemis· a xp̄o
poſtmodū exhibenda·⁊ in veritate conſecranda
ſicut habetur in gen̄·⁊ dicetur ſub ſexta ꝑticula
canonis ſuper verbo·Accepit panē· Oblatio pa
nis ⁊ vini ſignificat pia deſideria fidelium·ſeu ꝓ
imolatione ſeu pro hoſtia viua ·Rurſus in pane
corpus chriſti in vino ſāguis eius·in aqua popu
lus repreſentatur · Et dicitur panis a pan quod
eſt totuʒ·q̄m hic ⁊ in futuro eſt tota vita noſtra
Vinum dicitur a vite·cui dominus in euange=
lio ſe cōparat Aqua vero ab equalitate dicitur·
quia per hoc ſacramentum angelis equari debe=
mus·licet autez ſint due ſpecies non tamen ſunt
duo ſacrificia· vnitas enim verbi vnitatem effi=
cit ſacrificij· Hoc eſt enim illud pallium quod
noe filij otexerūt·quo xp̄iani xp̄i ebrietatē·i·paſ
ſionē ſub ſacrificio tegerūt Deinde ſubdiaconus
ferens in manu ſiniſtra calicē ⁊ deſup corpale et
illū diacono offerens ſigficans q̄ dn̄s ſubdiaco
nus fuit qn̄ libꝝ apuit ⁊ diacon9 qn̄ dixit·non ve
ni miniſtrari ſʒ miniſtrare Diacon9 vero patenā
cum hoſtia de manū ſubdiaconi recipit int̄ polli=
ces ⁊ indices vtriuſq̃ manus· interpoſito tn̄ ma
nipulo inter ipos pollices ⁊ patenā·Nēpe man9
ſubdiaconi opa ſūt legis·patena latitudo cordis
manipulus opa euangelij· pollex vigor v̄tutis·
index diſcretō·Sūt igitur hec ad ſigficandū· q̄
opa legis ⁊ latitudo cordis ad opa caritatis nō
ſufficiūt ad ſalutē·niſi operibus euāgelicis· quo
rum diaconus annūciator eſt cū vigore virtutis
⁊ diſcretione mentis adhibitis· adiuuentur atq̃
perficiantur·Supponuntur autem indices polli=
cibus·ad notā dum q̄ virtutis vigor exercend9
non eſt abſq̃ diſcretione·que cunctaꝝ eſt mater
⁊ fundamentum virtutum·Subſequenter diaco
nus ipe patenā cum hoſtia ex inſtitutōne cōcilij
anchiritani pontifici repreſentat· ad notandum
q̄ per euangelicam traditionem quaʒ diaconus
figurat ad altare ideſt ad ſolennem rituʒ ꝑuenit
eccleſia·quia lex que per ſubdiaconum ſignatur
hoc noſtre ſalutis ſacrificium ſolūmodo pfigu=
rauit·vt premiſſum eſt·Et pontifex ſeu ſacerdos
hoſtiā collocat ſup altare· Calicem vero cum vi
no·ipe diaconus retinet ⁊ collocat in altari· Cir
ca qd̄ notandū eſt q̄ hoſtia ſignificat corp9 xp̄i
nō ſanguinem·ſacerdos xp̄m Solus ergo ſacer=
dos abſq̃ cuiuſq̃ adiutorio illam offert dicens·

Suſcipe ſancte pater ⁊c̄ quia xp̄us ſeipm̄ in arã
crucis obtulit deo patri ⁊ illã ī altari ſup̄ corpo
rale quaſi ſuper ſindonem mundam diſponit innu
ens ꝙ ip̄ met xp̄us hoc ſacramentum inſtituit ⁊
eccleſie tradidit obſeruandum dicẽs hoc eſt cor
pus meum ⁊c̄ hoc facite in meam comme ⁊c̄.
Diſponit aūt ⁊ collocat hoſtiam cum ſigno cru
cis quia ſicut xp̄i oblatio in cruce facta fuit ſic
⁊ oblatō ſacerdotis que in illius memoriam fit
cum ſigno crucis fieri debet. Collocat etiam illã
directe ſuper crucem in cõſecracione altaris cū
criſmate factam quia ⁊ xp̄us carnē ſuam cruci
affixit. Verum vinum in calice ſanguinē xp̄i de
ſignat ⁊ ideo ſolus diaconus abſqꝫ ſacerdote qui
xp̄m deſignat calicem tenet ad notandū ꝙ in xp̄i
immolatione ſanguis fuit a corpore ſeparatus nō
tamen ſolus ſed vnã cum ſacerdote illum offert.
⁊ ſuper pallam corporalem collocat. ſeu pocius
ſacerdos illo mediante ꝙ ex eo patet. quia non
dicit offero in ſingulari ſicut dicitur ī hoſtie ob-
latione. ſed dicit. Offerimus tibi domine ⁊c̄. Ex
quo etiã clare conuincitur ꝙ ambo pariter debēt
verba ip̄a proferre. Diaconus ergo calicē vna
cum ſacerdote offert quia non ſolum xp̄c ſeip̄m
deo patri obtulit. verum etiam per euangelium
ſuum cuius diaconus eſt figura ⁊ baiulus hꝰ
ſacrificij ritum inſtituit ⁊ eccleſie commēdauit
quam inſtitutionem ⁊ commendationem ip̄e dia
conus tanquã predicator euangelij nunciare et
manifeſtare debet. ex ſuo officio ab iſta militãte
eccleſia obſeruandam ideoqꝫ participare debꝫ ſa
cerdote in calice offerendo. non tamen in conſe-
crando quia illud ſolius eſt officij ſacerdotis ſolꝰ
tamē epiſcopus vel ſacerdos aquã vino ꝯmiſcet
in calice quod nulli inferiori facere licꝫ qm̄ ſolꝰ
xp̄s populos ſanguine ſuo redemit. preterea ad-
mixtio huius vnionem populi cum xp̄o deſignat
vt ſequitur. que fieri non poteſt niſi per graciam
xp̄i cuius typum gerūt pontifex ⁊ ſacerdos. Cō
miſcetur autem aqua vino in calice ex inſtitutio
ne alexandri pape primi. Primo ad notandum ꝙ
nunquam ſalus populi eſſe potuit ſine ſanguinis
xp̄i effuſione nec etiam ſanguinis effuſio ſine po
puli ſalute quia xp̄us populum ſibi reconcilia-
uit in morte. Scriptum eſt em̄ ꝙ aque multe ſūt
populi multi. chriſtus autem ſanguinē ſuum fu
dit pro populo ſicut ip̄e teſtatur. Hic eſt ſãguis
meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur
in remiſſionem peccatorum. Secundo ad notan-
dum ꝙ de latere chriſti ſimul exiuit ſanguis et a
qua quatenus nec xp̄us ſit ſine populo nec popu
lus ſine xp̄o. Cum ergo aqua vino miſcetur tūc
xp̄o populus adunatur. Hoc quoqꝫ miſteriū lex
moſaica preſignauit ſicut ap̄oſtolus exponit di-
cens. bibebant de ſpiritali ꝯſequente eos petra
petra autem erat xp̄us. Quapropt̄ ſacerdos in
calice aquam fundit vt ſic aqua nō ſeparatur a vi-
no ſic populus nunqꝫ ſeparetur a xp̄o Tercio com
miſcetur vt diuinitas ⁊ humanitas in vna pſona
ꝯiuncta eſſe intelligantur. Nam per vinum diui

nitas per aquam humanitas intelligitur. Qui
ergo in altaris officio aquam ſine vino vel econ-
uerſo ei miniſtrat quantum in ſe eſt diuinitatem
ab humanitate ſeparat. de quo dicetur ſub ſexta
particula canonis ſuper verbo. hoc eſt corpꝰ me
um ⁊ ſuper verbo hic eſt calix. Sane ſacerdos vl̄
miniſter miſſurus vinum ⁊ aquam in calicē pri
us effundit modicum in terram nō ſolum vt me
atus ſiue locus vaſis per quem fluere debent mū
detur ⁊ ſi quid eſt in ſuperficie vini vel aque emit
tatur. verum etiam ad oſtendendum ꝙ ſanguis
⁊ aqua de latere chriſti vſqꝫ ī terram fluxerunt.
ad quod miſterium ſe preparat peragendum.
Conſiderandum etiam eſt quia aqua benedicitur
quando vino admiſcetur vinum vero nō. Et hoc
ideo vt quidam dicunt. Primo quia vinum ſuã
benedictionem expectat. ſed hec ratio non videt̄
ſufficiens quoniam in benedictione vini ſub no-
mine calicis tam vinum quam aqua ſimul bene-
dicuntur. Vnde poteſt ſecundo modo dici ꝙ vinū
in hoc loco chriſtum ſignificat. qui nulla egit
benedictione aqua populum qui in hac vita ne-
quit eſſe ſine peccato propter quam indiget be-
nedictione dei vt reddatur dignus ad premiſſam
vnionem cum xp̄o. Ad hoc igitur ſignificandū
aqua benedicitur quando vino admiſcetur. Ter
cio etiam vinum nō benedicit̄ quia ſubdiaconus
qui non poteſt benedicere. debet ex officio ſuo il-
lud in calicem mittere vt premiſſum ē. Quarto
quia populus per aquam ſignificatus vnit̄ xp̄o
ſolum per benedictionem gracie ipſius chriſti.
quem ſacerdos benedicens figurat. Eſt autem
plus de vino quam de aqua ponendum arbitrio
ſacerdotis. ita tamen ꝙ aqua a vino abſorbe-
atur ⁊ vini ſaporē retineat ⁊ hoc in ſignum ꝙ ec
cleſia debet incorpari xp̄o non chriſtus eccleſie.
Vnde auguſ. non tu mutabis me in te ſicut cibū
carnis tue ſꝫ mutaberis in me. de hoc etiam dicet̄
ſuper dicto verbo. hic eſt calix Et in ſexta parte
ſub quinta feria cene domini prope finem Predi
ctus etiam alexander papa ſtatuit oblationē ex
azimo ⁊ in modica fieri quantitate dicẽs hec ob
latio quanto rarior tanto pocior. Non eſt etiam
omittendum ꝙ in miſſis priuatis miniſtrans ſa-
cerdoti ampullam cum vino manum eiꝰ non oſcu
latur ſed miniſtrans ampullam cum aqua ſic. ꝙ
niam vinum chriſtum aqua genus humanū oſcu
lum vero pacem inter deum ⁊ hominem ſignifi-
cat reformatam. regulariter tamen cum celebrã
ti aliquid porrigitur vel ab eo recipitur. manus
oſculum interponitur ad deſignandum ꝙ omne
ſeruicium omniſqꝫ reuerencia deo exhibita cuius
vices celebrans gerit procedere debet ex feruo
re caritatis ⁊ amoris qui per manus oſculum de
ſignatur. de hoc etiam ſub euangelio dictum eſt.
⁊ ſub ti. de pacis oſculo dicetur. Calix autem po-
nitur rome ad dextrum latus oblate ⁊ bn̄ quaſi
ſãguinē ſuſcepturus qui de latere xp̄i noſcitur p
fluxiſſe. Et ad deſignandū ſanguinem ⁊ aquam
de dextro chriſti latere emanaſſe. Preterea ſi a

latere ſtet recta pars crucis· que fit communiẽ
ſuper hoſtiam ⁊ calicem non producitur ſolum
modo ſuper hoſtiam quod tamẽ fieri debet· Crux
enim ipſa inchoari debet ſuper hoſtiam ⁊ perfici
ſuper calicem· prout ex diuerſis locis ⁊ verbis ip
ſius canonis colligitur euidenter · De hoc dicetᷣ
in octaua particula canonis ſuper verbo· hoſtiã
ſanctam · Communiter tamẽ alibi ponitur hoſtia
inter ſacerdotem ⁊ calicem· Primo ad notandū
ꝙ xp̄us eſt mediator dei ⁊ hominum· ⁊ ſcd̄m hoc
ſacerdos deum patrem· hoſtia xp̄m· aqua in cali=
ce populum ſignificat· quia non niſi xp̄o median
te ad reſurrectōnis gaudium poſſumus ꝑuenire
Secundo ꝓpinquior eſt ſacerdoti hoſtia quam ca
lix quia prius a xp̄o conſecrata legitur quã ſan
guis ⁊ apl'is pri9 data ꝗ hec ratio facit pocius
pro dictis romanis· qui cruces incipiunt ſuper
hoſtiam· ⁊ deinde eas ſuper calicem producunt ·
Porro cum ſacerdos accipit patenam cuꝫ hoſtia
vrceolum cum aqua· calicem cum vino· thuribu
lum cum incenſo efficit ſup ea crucis ſignaculũ
vt per crucis virtutem omnis conatus diabolice
malignitatis effugiat ne contra ſacerdotem vel
ſacrificium aliquo modo preualeat· Et nota ꝙ in
ampullis· in quibus vinum ⁊ aqua ↄtinetur pro
ſacrificio ſpiritualiter conſiderandum ea ꝙ in p=
ua ſubſtancia incomprehenſibilia continẽtur fu
tura ſacramẽta· ¶ Dicitᷣ aũt ampulla quaſi am=
pla bulla· ſignificans cor humanum· qd̄ amplum
debet eſſe latitudine caritatis · Rurſus ammule·
ideſt vaſa ad offerendum vinum· ſunt predicato
res mordaciter increpantes· vel quilibet ſp̄ũſſã=
cti gracia inebriati ⁊ alios inebriantes· Vrcie
vero ideſt aquatica vaſa· ſunt doctores aqua ſapi
encie ſalutaris potati ⁊ vitalibus aquis repleti·
Rurſus adhuc premiſſa alio ordine proſequamꝰ·
In quibuſdam eccleſijs ſubdiaconus portat cali
cem in ſiniſtra· patenam in dextra· ⁊ deſuper cor
porale vnus cantor· oblataꝫ cum fauone ⁊ vinũ
cum ampulla · Aliter vero prebet aquam vino
miſcendam· vltimo diaconus fundens aquam in
calice offert preſbitero ſeu epiſcopo Nempe ſub
diaconus eſt chriſtus · calix paſſio· patena crux
ſiniſtra preſens vita· dextra futura· corporale ec
cleſia· vnus cantor iudaicum populum figurat ·
alter gentilem· ampulla deuocionẽ oblata cor=
pus· vinum ſanguinem· aqua eccleſiam· archidi
aconus chriſtum· preſbiter ſeu ep̄s deum patrem
Subdiaconus ergo· calicem portat in ſiniſtra· qꝛ
chriſtus de torrente bibit in via· ideſt paſſionem
ſuſtinuit in preſenti vita· patena in dextra· quia
per crucem peruenit ad gloriam· ꝓpter hoc eniꝫ
exaltauit illum deus· deſuper corporale· quia ei9
paſſionem eccleſia non deſinit imitari· Corporale
enim candidatur· ⁊ eccleſia per multas tribulatõ
nes chriſto ↄformatur· Subdiacon9 eciã noſter
ſcꝫ xp̄us patenam cum calice portauit· qñ cruceꝫ
in paſſione baiulauit· Primus cantor offert ob
latam cum fauone· ⁊ vinum cum ampulla· quia
primitiua eccleſia de iudeis ſuſcepit fidem paſſio=

nis in deuocione mentis oblatam· ergo non nu=
dis manibus· ꝗ cum fauone candido· ideſt cũ ma
nipula alba· ⁊ munda offert· ad notandũ ꝙ xp̄i
corpus ab his tantum digne ſuſcipitur qui car=
nem ſuam cum vicijs ⁊ concupiſcencijs crucifi=
gunt· Alius autem cantor offert aquam quam
diaconus miſcet vino· ⁊ offert preſbitero ſeu e=
piſcopo· hec ẽ gentilitas que ſuam obtulit multi
tudinem quam xp̄us in paſſione obtulit deo p̄ri
¶ Poteſt enĩ non incompetenter dici · ꝙ altare
menſam domini· in qua cum diſcipulis ſuis conui
uabatur ara cruce· calix ſepulchrum vel paſſio=
nem xp̄i· de quo in prima parte ſub ti· de picturis
dictum eſt· Et patena que a patendo dicitur cor
latum ⁊ ãplum ſignificat· ſup hanc patenam idẽ
ſuper latitudineꝫ caritatis ſacrificium iuſticie de
bet offerri· vt olocauſtuꝫ anime pingue fiat hãc
cordis latitudinem habebant apoſtoli· cum petr9
dicebat· Et ſi oportuerit me mori tecum non te ne
gabo· Similitᷣ ⁊ omnes apoſtoli chriſto dixerũt
ſed latitudo cordis ab eis aufugit· ⁊ latuit cum
omnes nigro relicto chriſto fugerunt ⁊ latue=
rũt ad quod ſignificandum poſt ſuſceptam inde
oblatã· ſacerdos abſcondit ſub corporali patenã
vel ſaltem ea ab altare remotam· ſubdiaconus
retro ↄtinet inuolutã · per hoc ergo diſcipulorũ
fuga vel latibulum· vel infidelitatis excecatio
deſignatur· qui dum verum ſacrificium offere=
tur relicto chriſto fugerunt ⁊ latuerunt · ſicut
eis ipſe pdixerat· Omnes inquid vos ſcandalũ pa
ciemini in me in hac nocte· Scriptum eſt enim · p
cuciam paſtorem · ⁊ diſpergentur oues gregis ·
Poſtq̄ꝫ autem ſurrexero precedam vos in galile
am · De hoc dicetur ſub ti· de ſanctis· Et ideo ſa=
cerdos dicturus· pax domini· quaſi dominice re=
ſurrectionis anunciatur9· eulogium reſumit pa
tenam· quia cum eſſet ſero die illa vna ſabbato=
rum· ⁊ fores eſſent clauſe vbi erant diſcipuli cõ
gregati ꝓpter metum iudeorũ· venit iheſus ſtãs
in medio dixit eis pax vobis· reſumens oues que
trepedantes aufugerant · Rurſus patena que
ꝓpter ſui formam diuinitatem que inicio caret ⁊
fine· ſignificat vſqꝫ ad dominicam orationem ab
ſconſa tenetur· ad deſignandum ꝙ diuinitas no=
bis abſcõſa ⁊ velata eſt in hoc mũdo · Sꝫ quando
in oratione dominica dicitur· Panem noſtrum ma
nifeſtatur · ad oſtendendum ꝙ quando ad panem
noſtrum · qui in celis eſt perueniemus tunc di
uinitas que in hoc mundo abſconſa · ⁊ velata
eſt manifeſtabit ſe nobis· ⁊ videbimus ipſum ſi
cut eſt· de hoc dicetur ſub titulo de reſumptione
patene · In quibuſdam tamen locis patena diſco
operta tenetur· ad deſignandum ꝙ ſacerdos orat
pro eternis· que per chriſti predicationem nobis
reuelantur· Per patenam enim que rotunda eſt
eternitas que principio caret ⁊ fine congrue
deſignatur · Sane ſubdiaconus tenet patenam
a parte poſteriori eleuatam quaſi diceret · Imi
tamini me qui poſteriorum oblitus · ad ante=
riora me extendo · innuens etiam ꝙ referre=

Debemus omnia opa noſtra ad chriſtū ⁊ ad co
ronā eternam· Patena queq ſeorſum a calice re
uoluta ſcʒ pars ſuperior ſubtus poſita· ſignifi⸗
cat lapidem a ſepulchro commotum ⁊ reuolutū
Et nota ꝙ diaconus tradit patenaʒ ſubdiacono
tenendam innuens ꝙ xp̄us otulit diſcipulis ſuis
poteſtatem predicandi regnū dei· Circa hoc etiā
videbitur ſub ti· de reſumptione patene Circa ob
lationem populi notandum eſt· ꝙ populus offer
re debet· Juxta illud exodi· Non apparebis in cō
ſpectu dei tui vacuus per oblata quoqʒ munera
poſſumus commemorare copioſam victimaʒ· q̄
oblata eſt a populo· cum rex ſalomon templū et
altare domino ſacraret· Exemplo eñ illi9 plebs
fidelis offert ſe ⁊ dona deo· ſed in ve· te· conueni
ebat populus in iherusalem quibuſdam magnis
ſolennitatibus· ſcilicet paſca pentheco· ⁊ in fe⸗
ſto cenophegiarum vt orarent in templo ⁊ tunc
tenebantur offerre· Et nota ꝙ in ve· te· popul9
offerebat ſacrificium legale ⁊ voluntarium· ſcʒ
pro peccato· pro graciarumactione dona vota ⁊
olocauſta· Sacrificium legale ſunt decime ⁊ pri⸗
micie· vel ea que lex iuſſit offerri· Deutrono· xij· c
Voluntarium eſt· quod ſponte pro peccato ⁊ p
legis tranſgreſſione offerebatur Dona ſunt que
in templi ornatum offerebantur· Vota que p
periculis infirmitatis vel belli· De olocauſto p̄⸗
miſſum eſt· Unde dicitur in paralip· ꝙ obtule⸗
runt principes pro votis pro ſpontaneis pro pec
cato· pro regno· pro ſanctuario· pro iuda· Ritus
igitur ſinagoge tranſiuit in religionem eccleſie
et ſacrificia carnalis populi mutata ſunt in obſer
uanciam populi ſpiritualis· Nam ſicut populus
ille moyſi deſcendenti de monte· diuerſa dona ad
faciendum tabernaculum offerebat· ſic epiſcopo
de pulpito venienti chriſtiani deuotas offerunt
oblationes· Alius offert aurum imitatus ma⸗
gos· qui aurum domino obtulerunt· Alius ar⸗
gentum ſecutus illos· qui pecuniam in gazophi
latio poſuerunt· Alius vero aliquid de ſua ſub⸗
ſtancia· vt aſſocietur illis qui per paulū ⁊ barnabā
neccia pauperibus tranſmiſerunt· Nec eſt curan
dum que quantitas vel ſpecies offeratur· ſed po
cius mēs attenditur offerentis· Unde prouer· iij·
Honora dominum deum tuum de tua ſubſtancia
Et thobie· iiij· Ex tua ſubſtancia fac elemoſinam
⁊ magi obtulerunt chriſto nato· aurum thus et
mirram· mathei· ij· Juxta illud pſalmiſta· Tibi
offerent reges munera· Nec ſcd̄m gregorium·
offerens a muneribus ſed munera ab offerente
placent· Offerunt quoqʒ legale ſacrificium in de
cimis ⁊ primicijs voluntarium· in ſpontaneis ob
lationibus pro peccato dum penitencias redi⸗
munt· pro graciarumactione dum pro collatis
a deo aliqua gracia quicquā offerunt· Dona dū
in edificia eccleſiarum vel vtenſilia aliquid offe⸗
runt· Vota dum quod in periculis vouerunt ex
ſoluunt· Olocauſtum offerunt· qui ſeculum dere
linquunt ⁊ ſua pauperibus diſtribuūt· Offerens
autem manum ſacerdotis oſculatur· per quod fi⸗
des eius opere deſignatur· de quo etiam iam pre⸗
miſſum eſt· Offerentes vero panem ⁊ vinum ſi⸗
gnificant diſcipulos qui preueniunt parare ne⸗
ceſſaria ad paſca· Verum clerici vel monachi eti
am amminiſtrationes habentes· non offerunt ni⸗
ſi in officio mortuorum ⁊ in noua celebratione
ſacerdotis ⁊ in quibuſdam precipuis ſolennitati⸗
bus cum eñ ipſi de oblationibus viuant ⁊ ipſi ac
ſua deo obalti ſunt non tenentur offerre· Viri an
te mulieres offerunt· ipſi eñ fortes in xp̄o deſig
nant ſcʒ martires qui in primitiua eccleſia plu⸗
res contumelias paſſi xp̄o victima obtulerunt
dum occubuerunt· Deinde mulieres que fragili
ores deſignat· ſcʒ confeſſores qui tempore pacis
domino laudis hoſtias obtulerunt· Preterea vir
caput eſt mulieris ⁊ ideo a capite ratio eſt eden⸗
da· Subdiaconi autem vel acoliti recipiunt ob⸗
lationes que ad manum epiſcopi differuntur· ad
notandum ꝙ ipſe non ſua ſed aliena manu debet
tpalia miniſtrare· Sane romanus pontifex nullā
oblationem manibus tangit niſi illam que pro de
functis offertur· quam ideo manibus accipit vt
ſugillet errorem dogmatizancium elemoſinas n̄
prodeſſe defunctis· ⁊ niſi oblationem panis quā
tangit· tum ꝓpter reuerenciam ſacrificij· quod
ex pane conficitur· tum quia eſt vicarius ei9 qui
de ſe dicit· ego ſum panis viuus· Ceteras vero
oblationes ad pedes accipit propter illud quod
in actibus apoſtolorum habetur· quoniam offe⸗
rebant precia eorum que vendebantur· et pone⸗
bant ante pedes apoſtolorum· ⁊ quia omnia ſua
ſunt prout ſub euangelio tactum eſt· Et ſacer⸗
dos oblationes manu tangit· repreſentans illud
leuitici primo ⁊ quarto· poneteqʒ manus ſuper ca
put hoſtie ⁊ acceptabilis erit atqʒ in expiationē
proficiens· Et nota ꝙ p defunctis offertur pa⸗
nis ⁊ vinum· Juxta illud thobie· iiij· Panem tu⸗
um et vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſti
tue idest diſtribue· Et pecunia ſiue argentum ex
emplo iude machabei qui miſit offerri duodecim
milia dragmas argenti pro peccatis mortuoruʒ
ſecunda machab· xij· Et precia eorum poneban⸗
tur ante pedes apoſtolorum vt premiſſum eſt· Et
etiam lumen· ad illuminandum illos qui in tene
bris purgatorij ſedent· quaſi offerens ipſo facto
dicat· Lux eterna luceat eis dñe ⁊c̄· Sane moy⸗
ſes videns ꝙ populus multa obtuliſſet iuſſit pre
conis voce cantari ne quis vltra offerret· exodi
xxxv· ⁊ xxxvj· c· Nullus tamen ſacerdotum no⸗
ſtri temporis talia facere viſus eſt Suſceptis ita
qʒ a populo oblationibus ⁊ choro offertorium
cantāte· epiſcopus ſeu ſacerdos ad altare reuer
titur· quoniam xp̄us ſuſceptis fidelium votis· can
tantibus turbis· Oſanna in excelſis· in proximo
jmolandus intrauit in templum·

De ſecunda thurificatione·

Oblatōne miſtica de qua premiſſuʒ ē
ſuſcepta ſtatim adoletur incenſum p
qd illud innuit qd ſtatim ſubſcribit

a iohãne in euãgelio · de quo p̃miſſũ eſt ſupͣ
principium precedentis tituli · Maria ergo ſcilicet
magdalena accepit librã vnguẽti nardipiſtici p̃=
cioſi · et vnxit pedes iheſu · et domus impleta eſt
ex odore vnguẽti · et ſacerdos in moduz crucis ſu
perducit et circumducit incenſum ſuper ſacrifici
um et altare vt et crucis ſignaculo et thuris incẽ
ſo diabolice fraudis malignitas extricetur et ef=
fugiat · Quod vero tercio ſuperducit et circum=
ducit incenſum · deſignat q̄ maria ter exhibuit et
adhibuit vnguẽtum circa corpus iheſu · Primo
cum vnxit pedes ipſius in domo ſimonis phariſei ·
Secundo cum in domo ſimonis leproſi ſuper ca=
put eius vnguẽtum effudit · Tercio cum emit a=
romata vt veniens vngeret iheſum iam poſitum
in monumento voluntas enim reputatur pro fa
cto cum et per ſeipſam non ſteterit quominus ex
pleuerit quod incepit · Quod vero poſtmodum
vndiq̃z totum incenſatur altare · deſignat q̄ poſt
factum illud totam reſperſit eccleſiam · ſicut do
minus ipſe teſtatur · Amen amen dico vobis · vbi
cunq̃z predicatum fuerit euangelium hoc in to=
to mundo dicetur · q̄ et hoc fecit in memoriã eius
Poteſt etiam dici · q̄ altare thurificatur in figu
ram angeli · qui ſtetit iuxta arã templi habens
thuribulum in manu ſua · de quo fumus aroma=
tum in conſpectu domini aſcendebat · chriſtus enĩ
magni conſilij angelus carnem immaculatam
igne ſancte ſpiritus plenaz pro nobis in ara cru
cis obtulit domino in ſuauitatem odoris · Fumus
aromatum ſunt orationes ſanctorum que p ar=
dorem caritatis ex paſſione domini propagate
ad deum patrem aſcendunt et nos ad coronam e
ternitatis prouehunt · ideoq̃z ſacerdos thurificat
in modum crucis et corone · ſi autem ſemel thuri
ficat · recolit vnicam paſſionem · ſi ſemel coronat
vnius denarij retributionem · Si vero ter eterni=
tatis in paſſione operationem et trium ordinum
glorificationem · et ideo thurificans ait · Diriga
tur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo ·
etc̃ · Moraliter autem incenſum deuotionis ado=
lendum eſt in thuribulo cordis igne caritatis vt
odorem ſuauitatis emittat · vt videlicet tam nos
quam oblatio noſtra ſimus bonus odor deo · de
quo dicit ſcriptura · Fungi ſacerdocio et habere
laudem in nomine ipſius · et o · il · m · d · m · o · ſ · hoc
enĩ incenſum ſacerdos accipit ideſt chriſtus acce
ptat et incenſat ex eo ſacrificiuz et altare · Poteſt
etiam dici q̄ thuribulum quod oblationi ſacer=
dos ſupponit ſignificat xp̄m p quem petit vt ſibi
propicietur deus · Sane omnibus defertur incenſũ
vt oſtendatur q̄ omnia a ſacerdote facta pertinẽt
ad omnes · Vnde pſ̃ · Dirigatur dñe oratio mea ſi
cut incenſum in conſpectu tuo · niſi in miſſa p de=
functis · vt dicetur in vij · parte ſub titulo de offi
cio mortuorum · In concilio rothomageñ · in bur
cardo li · tercio c · vt tempore · ita legitur · In tem=
pore quo legitur euangelium finito euangelio
ſuper oblationem incenſum in mortem videlicet
redemptoris noſtri ponatur decreuimus · Leo
etiam papa ſtatuit incenſum ſuper oblatam poni
Quidam tamẽ heretici garriunt non eſſe in miſſa
thurificandum · quoniam xp̄s in cena terrenum
incenſum nõ fumigauit · Et Iſa · Incenſum eſt ab
hominatio michi · Quare altare et crux fixus thu
rificantur dictũ eſt ſub ti · de aque bñdicte aſper
ſione · Poſt thurificationem iterum digitos la=
uat · nec vlterius vſq̃z poſt communionem cũ eis
cum quibus ſacram hoſtiam tractare habet · ali
quid tangat · ſed poſt eius eleuationem eos iun=
gat vt dicet̃ ſub octaua particula canonis · Mi=
niſter quoq̃z epi trahit et ſuper brachia eius in=
format planetam et alia indumenta · Nam et le=
galis ſacerdos · duz ſacrificabat ſummitates bal
thei ſuper humerum reflectebat ·

De inclinatione ſacerdotis et oſculatione altaris et oratione ·

Purificationis expleto miſterio ſa=
cerdos ſe inclinando dicit · Suſcipe
ſãcta trinitas etc̃ · qđ ſumit̃ de tercio
danielis · vt vicz hoſtiam offerat ex
pinguedine caritatis · et ſic dignus ad
ſacrificiũ imolandũ · Sacerdotis inclinatio xp̄i
humilitatem ſignificat · qui exinaniuit ſemetipm
formaz ſerui accipiens factus obediens vſq̃z ad
mortem mortẽ aũt crucis · qui etiaz inclinans ſe
ad pedes diſcipulorum poſt ſacramẽtum in cena
traditum orauit ad patrem · Poſtea vero ſe eri=
gens oſculatur altare · ad notandum q̄ per paſſi
onem xp̄i populus liberatus eſt · et deo patri recõ
ciliatus · Vnde apoſtolus ad ephe · tercio faciens
pacem vt reconciliet ambos in vno corpore deo ·
Conſequenter ſacramentuz incepturus orat pri
mum pro ſe deinde pro populo · conuertens enim
ſe ad illum ſub ſilencio dicit dominus vobiſcum ·
ſicut dictum eſt ſub titulo de ſalutatione et mox
voce aliquantulum eleuata · vt orato omnium
auxilietur ei · quaſi non preſumens · q̄ ſolus poſſit
tantum miſterium exequi · monet illum dicens ·
Orate pro me fratres · etc̃ et ego pro vobis · In q̄
ſignatur illud quod chriſtus diſcipulis ſuis dixit ·
Luce · xxij · Orate · ne intretis in temptatõnem · et
ibidem · Ego pro te oraui petre · Monet autem o
rare vt ſacrificium fiet deo acceptabile · et popu=
lus debet ſimiliter ſecrete orare · reſpondẽs · Me
mor ſit dominus omnis ſacrificij tui et olocauſtũ
tuum pingue fiat vel reſpondet · Suſcipiat domi=
nus ſacrificium et cetera · vel dicat · Spiritusſan=
ctus ſuperueniet in te · vel illud · Mittat tibi do=
minus auxilium de ſancto · vel Imola deo ſacrifi
cium laudis · Debemus enim inuicem orare ſcđz
apoſtolum vt ſaluemur · Orauit enim et xp̄s pri
mum pro ſe · pater inquit · venit hora clarifica fi
lium tuum · vt filius tuus clarificet te · deinde p
populo dicens · Pater ſancte ſerua eos quos de=
diſti michi · vt ſint vnum ſicut et nos · Dicturus
ergo · orate pro me fratres · ſe vertit ad populũ
quia ipm diſtincte alloquit̃ ſz dicturus · Oremus
poſt dominus vobiſcum ſe ad altare cõuertit · q̄

tunc non diſtincte. ſʒ per modum conceptõis ad
aliquid excitat ad ſecum orandum ſeu gracias re
ferendum. Monito itaqʒ populo ſacerdos ſtatim
reuoluitur ad altare per ſiniſtram partem. pro
ut ſub ti. de ſalutatione ad populum dictum eſt.
Et tunc tandem dicit orationem quam intermi=
ſerat ab offertorio citra quando dixit. Oremus.
ad notandum ꝙ xp̄s iterum rediit iheroſolimam
ad domum orationis quam ad tempus deſerue=
rat. cum receſſerat in effren. Sic enim legitur in
euangelio. Cum veniſſet iheſus iheroſolimam
intrauit in templum ⁊ eiecit emẽtes ⁊ vendẽtes
de templo dicens. Domus mea domus orationis
vocabitur. Inſtat enim ſacerdos orationibus
ne indignius inueniatᷣ vt oza qui tetigit temere
arcam domini ⁊ percuſſus eſt a domino nec legitᷣ
aliud feciſſe niſi vxorem propriam cognouiſſe in
nocte precedenti. bethſamite quoqʒ qꝛ temere vo
luerunt arcam domini tangere. occiſi ſũt. de po=
pulo. lxxxviij. de plebe quinquaginta milia. pre=
cioſa arca eſt calix domini. Orat autẽ voce de
miſſa. Primo ne vileſcat officium miſſe ⁊ ideo ora
cio ipa quia ſecrete dicitur a quibuſdam ſecreta
a quibuſdam ſecretella. ad differenciam maioris
ſecrete. a quibuſdaʒ vero ſacra vocatᷣ De quo ⁊
de hmõi ſilencio ſub ti. de ſecreta dicetur. vt di=
ctum eſt ſub ti. de offertorio. Secundo orat in ſi=
lencio vt deuocius oret. nec cogitet quomõ eius
vox ⁊ corporis compoſitio placeãt populo. quia
⁊ dominus elongatus eſt a diſcipulis quantum
continet iactus lapidis vt oraret. Tercio in hoc
ꝙ ſecrete orat ſignificat ſecretas preces xp̄i di
centis. Pater mi ſi fieri poteſt tranſeat a me ca=
lix iſte. Mathei. xxvj. Quarto hoc ſilencium re=
colit ſacramentum in ſacrificijs patrum abſcon
ditum vt in abel. Iſaac. in agño paſcali. in vitula
rufa. in hyrco emiſſorio. Quinto in hoc repñta=
tur ſilencium quod dominus habuit in paſſione
quia tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt qđ
etiam martires imitati ſunt Vnde non murmurᷣ
reſonat nec querimonia. ⁊c̄. Sexto ideo oratio=
nes que poſt oblationes ſecuntur in ſilencõ ⁊ ſe
crete dicuntur. quia iudei ſtatim poſt ſuſcitatio=
nem lazari voluerunt occidere iheſum. ille vero
abſcondit ſe in ciuitate effren in ſolitudine ⁊ ta=
cuit a predicatione ⁊ miraculorum operatione
vſqʒ in ſabbatum in ramis palmaruʒ quo venit
in domum ſimonis leproſi. ⁊ tũc predicauit aper
te. ad quod deſignandum. ſacerdos in fine ſecre
te iterum eleuat vocem. dicens palam ⁊ alta vo
ce. Per omnia ſecula ſeculorum. quod expoſi=
tum eſt ſub titulo de oratione. Secundo ideo dici
tur alta. per omnia. ad notandum ꝙ poſt reſurre
ctionem chriſtus predicauit aperte. Tercõ quia
eſt principium ſequentis orationis vt iam dicetᷣ
Quia vero querit aſſenſum populi ⁊ confirma=
tionem. quia ipe eſt quaſi legatus populi. ideo po
pulus aſſenciens voci eius dicit amen. quia ſecu
lum per ipſum creatum eſt. Adhuc dicturus
Per omnia ſecula ſeculorum deponit manus ſup
altare. primo ad notandum quod omnem cogitã
tum temporalem deponit ⁊ ſe totaliter deo com
mittit in oratione dumtaxat tota mẽte intendẽs
Secundo manus deponit. cum enim nunc ad cor
dis eleuationem ⁊ ad graciarumactionem inui=
tat ⁊ eleuationem cordis per contemplationem
precedere debeat exercituʒ bone operationis. quã
manuum depoſitio ſignificat. De qua operatione
poſtea gracias referimus ei. qui in nobis incipit
opus bonum. vt perficiat ſicut dicit apoſtolus.
Marco tunc manus deponit.

De prefatione.

Hic ante p̄fationem deſcribitur in libris
quedã figura repreſentãs ex parte
anteriori literã. v. ex pte vo poſteri
ori lraʒ. d. que due litere coniuncte
pro vere dignum ponuntur. litera vicʒ p dictõne
Sane per literã. v. que inferius clauſa ⁊ ſupi⁹
aperta eſt. habẽs inicium a linea longiori. huma
nitas ſiue humana xp̄i natura que in virgine pri
cipium habuit ſʒ fine carebit. Per. d. vero circu=
lariter clauſum diuinitas ſeu diuina natura. que
nec principium nec fineʒ habet figuratur. Tra
ctus vo in medio vtrunqʒ copulans partẽ. crux
eſt per quam diuinis aſſociantur ⁊ vniuntur hu=
mana. Ideo ergo hec figura in prefationis prin
cipio ponitur. quia per miſterium vnionis ⁊ do=
minice paſſionis pacificantur homines angelis
ſociantur. humana diuinis in preconio ſaluato=
ris. In prefationibus eñ omnibus conueniunt
homines ⁊ angeli ad concinendum preconia regi
Vnde et alta ⁊ delectabili voce cantantur quia
in eis angelorum preconia repreſentantur. Et cã
tantur coram altari ⁊ a ſolo ſacerdote. Iuxta il
lud apoca. iiij. Et cantabunt quaſi canticum no=
uum ante ſedem. ⁊ nemo poterat dicere canticũ
niſi ⁊c̄. Siquidẽ hec oratio vocatur prefatio qꝛ
precedit ſacrificium principale. Eſt enim quaſi
prelocucio. ideſt ad miſteriũ preparatio preloci
tio videlicet tocius orationis ſecuture. A te igi
tur vſqʒ ad agnus dei. In hac enim preloquitur
ſacerdos grates ⁊ laudes deo vt melius ad con
ſecrandum corp⁹ xp̄i valeat peruenire. vocatur
etiam preparatio. quia preparat fidelium mẽtes
ad future reuerenciam conſecrationis. Dicitur
etiam ymnus angelicus. quia angelicis laudib⁹
eſt plenus. Veruntamen ſacrificium vocatur in
ſecretella oblatio. ſed a domin⁹ vobiſcum quod
ſtatim poſt illam ſequitur vſqʒ ad ſanctus voca=
tur ymnus. Sane ſicut in proximo ti. dictum eſt
in fine ſecretelle dicitur alta voce. Per omnia ſe
cula ſeculorum quod ſiquidem eſt finis illius o=
rationis ⁊ inicium prefationis. per quod ſacer=
dos inſinuat ꝙ xp̄c eſt lapis angularis. qui fecit
vtraqʒ vnum. iudeos continens ⁊ gẽtiles. vt ſit
vnum ouile. ⁊ vnus paſtor. Dicturus ergo ſa=
cerdos rem attẽcioni digniſſimã ſalutat populũ
d. Dominus vobiſcum. optãs hos tales exiſtere
cum quibus dominus manere dignetur. et illud

nobiſcum celebrare conuiuium· ad quod mulier
attulit alabaſtrum vnguenti nardipiſcici ꝓcioſi
⁊ effudit illud ſuper caput domini recūbentis· et
populus reſpondet dicens· Et cum ſpiritu tuo·
⁊ ſic mutuo pro ſe orant· Nam ⁊ in veteri teſta-
mento omnes ſacerdotes orabant dum cōſuma-
retur ſacrificiū ionatha inchoante ⁊ ceteris re-
ſpondentibus· Poſtea ſtatim ſacerdos eos inci-
tans ſubiungit· Surſum corda· ideſt in celeſtibꝰ
non in terrenis· ⁊ eleuat manus ꝓpter rationes·
ſub ti· de oratione ſcriptas ad finem· Chorus re-
ſpondet· Habemus ad dominum· ideſt habere de-
bemus· Vnde in canone cypriane pape ita dicit·
Ideo ſacerdos ante orationem canonis prefatio
ne premiſſa parat fratrum mentes dicendo· Sur
ſum corda· vt dum plebs reſpondet· habemus
ad dominum· ammoneatur nihil ad ſe quam do-
minū cogitare debere· Rurſus ideo chorus ſub
iungit habemus ad dominum· vt etiam vere ſic
mulier illa vnguentaria ſurſum ad illā verbi di
uinitatē cor eleuet· ⁊ illud caput equali deo pa
tri fide contingens· vnguento catholice profeſſi
onis perungant· cuius ſane preconium ſacerdos
proſequitur dicens Gracias agamꝰ domino deo
noſtro· quia pro omnibus beneficiis· que nobis
contulit grates ei referre debemus· Chorusq́ re-
ſpondet· dignum ⁊ iuſtum eſt· quoniam gracias
omnipotenti deo referre debemus Sequitur per
chriſtum dominum noſtrum· ſupplendum eſt con
fidentes ⁊ credentes ꝙ per xp̄m maieſtatem eiꝰ
laudant angeli· adorant dominationes· tremunt
poteſtates· Hoc ſacre confeſſionis preconium·
ita recte concludit eccleſia· vt cum angelis ⁊ ho
minibus decantet hunc deuoti pectoris ymnum
Sanctus ſāctꝰ ⁊c̄· de quo infra dicetur· Poteſt
etiam prefationis officium ad illud referri· quia
ihesus aſcendit in cenaculum magnum ſtratū· in
quo multa locutus eſt cū diſcipulis ſuis· ⁊ grās
agens· ymnum illum retulit deo patri· de quo di
cit matheus· Et ymno dicto exierunt in montem
oliueti· ergo per dominus vobiſcum oratō quam
diſcipulus fecit accipitur per Surſum corda· aſ-
cenſus ad cenaculum iterum per Surſum corda
ad confitendum filio ſurgimus· ⁊ angelorū mi-
ſterium imploramus qui vota noſtra ſuſcipiant·
⁊ ad eum perferant· per Gracias agamus· chriſti
recolimus graciarum actionem ⁊ inuitamus po-
pulum ad agendum gracias deo patri per filiū
⁊ per quem redimimur· ⁊ cum angelis ad lau-
dandum admittimur· Monet ergo ſacerdos po-
pulum ſurſum ideſt ſupra ſemetipſum habere vt
leuare corda ad dominum· Iuxta exhortationem
apoſtoli dicentis· Que ſurſum ſunt querite· non
que ſuper terrā· Nam qui in terrenis ſunt nichil
dignum deo offerre poſſunt· vbi em̄ eſt theſaurꝰ
tuus ibi eſt ⁊ cor tuum· Multi quidem dum ore
locuntur celeſtia corde meditātur terrena· quibꝰ
dn̄s improperat per ꝓphetam· Populus hic la-
biis me honorat· cor autem eorū longe eſt a me
Chorus vero reſpondens profitetur ſe ſacerdo-
tis monita ſuſcepiſſe· d· habemus ad dominum·
Vnde diligenter prouideat· nec cor habens deor
ſum ad ſeculum ſpiritui ſcʒ damnabiliter menci
atur· Sacerdos etiam poſtquā attentos reddi-
dit ⁊ deuotos hortatur vt gracias agamus dn̄o
deo noſtro· qm̄ ipe eſt deus· ideſt creator· ipſe eſt
dominus ideſt redemptor· ipe eſt noſter ſcilicet
ſaluator· Tunc enim erit veriſſime noſter· cum
erit omnia in omnibus ideſt ſufficiencia ſingulo-
rum· Rurſus ꝙ populus profeſſus eſt ſe intentū
eſſe ad dominum· ideo preſbiter ſubiungit· Graci
as agamus· Chorus vero ſacerdotis verbū ap
probans et affirmans reſpondet· Dignum ⁊ iu-
ſtum eſt· dignum quidem· quantum ad deum· qꝛ
ipſe eſt dominus deus noſter· Iuſtum quantum
ad nos quia nos ſumꝰ populꝰ eiꝰ ⁊ oues paſcue
eiꝰ· Dignū q̄ꝫ ⁊ iuſtū eſt q̄ntū ad vtrūq́ vt ſcʒ
populus ſimul cum ſacerdote gracias agat deo
a quo omnia bona ſuſcepimus· Subſequent ſub
iungit ſacerdos· Vere dignum· ⁊c̄· Et ſcd̄m ma-
giſtrū petrū antiſiodoreñ· Hic incipit prefatō id
eſt prologus vel prolocutio ſequentis canonis
captans domini beniuolenciā· d· vere dignum et
iuſtum eſt equum et ſalutare· Dignum quia bo-
nus eſt· Iuſtum qꝛ beneficus Equum quia miſeri
cors· ſalutare· quia ſalus vel dignum· qꝛ nos me
ra voluntate feciſti· Iuſtum· quia nos pura miſe
ricordia redemiſti· Equum quia gratuite nos iu-
ſtificas· ſalutare ideſt ſalute plenum quia perpe-
tuo nos glorificas Nos tibi ſemper ⁊ vbiq́ gra
cias agere· domine ſancte pat̄ omnipotens eter
ne deus· vbiq́ enim eſt dominus ſanctus· vbiq́ ē
pater omnipotens· ⁊ ſemper eternus deus· Vnde
pſ· In omni loco dominatōnis eius benedic ani-
ma mea domino· Et iterum· Benedicam dominū
in omni tempore ſemper laus eius in ore meo·
Sequitur per xp̄m dominum noſtrum· aduocatū
enim habemus ſcd̄m apoſtolum apud patrē ihe
ſum chriſtum dominum noſtrum· qui interpellat
pro nobis· ⁊ ipſe eſt propiciatio pro peccatis no
ſtris· qui exauditur in omnibus pro ſua reueren
cia· per eum ergo quaſi per mediatorem laudes
offerimus· per eum quaſi per aduocatū gracias
exhibemus· Per quem maieſtatem tuam· Maie-
ſtas dicitur· quaſi maior ſtās· vel maior poteſtas
quia maior eſt eius poteſtas quā hominū· Lau
dant angeli· adorant dominationes· tremunt po-
teſtates vtiq́ ad illū laudant· adorant ⁊ tremūt
per quem ſimul cum patre omnes ſpirituum or-
dines ſunt creati· Nam dixit deus· Fiat lux ⁊ fa-
cta eſt lux· Verbo dixit ⁊ verbo fecit· quia verbo
dn̄i celi firmati ſunt ⁊ oīa per ip̄m facta ſunt et
ſine ipſo factum eſt nichil· Chorus angelorum
nominat quia angeli huic officio non dubitantur
abeſſe· Et ad notandum ꝙ eccleſia angelis eſt aſ
ſimilanda· adhuc vt placeat deo· Rurſus per hoc
ꝙ dicitur· Domine ſancte pater omnipotēs eter
ne deus per xp̄m dominum noſtrum quē laudāt
angeli· adorāt· d· ⁊c̄ intelligitur ꝙ eccleſia et an
geli laudant deum· non ſolum inquantum deum

verũ etiã inquantum hominem. Dicit ergo lau-
dant. Unde pſ. Laudate eum omnes angeli ei9.
adorant. Unde Eſdras. Exercitus celi te adorãt.
tremũt. Unde Job. Columne celi cõtremiſcũt ⁊
pauent aduentum eius. Tremere vero dicũtur
nõ metu fortitudinis cum ſint perfecti beati. ſed
amminiſtratõis effectu vl' obediẽcie famulatu.
Cum ſcdm Apoſto. omnes ſint amminiſtratorij
ſpũs in miſterium deſtinati. Tremũt ꝗ̃ poteſta
tes. non ꝙ ordines angelorum corporales ſint.
ſed ideo hoc dicitur vt intelligam9 omnia cele-
ſtia terreſtria ⁊ infernalia ante conſpectũ diui
ne maieſtatis tremere ac timere ſicut ⁊ nos tre-
mere ac timere ante dominos noſtros ſolemus.
Sequit̃. Celi celorum. Per celos hic throni acci
piunt̃ qr dominus ait. Celum mihi ſedes eſt. Et
dicunt̃ celi laudare deum. qr laudis materiã pre
bent. Unde Propheta. Celi celorum ⁊ aque que
ſuper celos ſunt laudant nomẽ domini. Celi qui-
dem diuine iuſſioni obediunt. quia ſe oſtẽdere ſe
renos vel nebuloſos poteſtatẽ non habent. Che
rubim quoqz ⁊ ſeraphim ad intelligenciam eoꝝ
que hic dicuntur. Notandum eſt nouem eſſe or
dines angelorum. videlicz. Angeli. Archange
li. Throni. Dominatõnes. Virtutes. Principa-
tus. Poteſtates. Cherubim. et Seraphim. An
geli ꝗ̃ grece dicunt̃ nũcij latine. ſcz excelſi ⁊ ce
leſtes. eo ꝙ de celis ad annũciandum et exequẽ
dum domini voluntatem mittuntur. Angelorũ
autem vocabulum officij nomen eſt. nõ nature.
ſpũs eñ ſunt ſemper. ſed cum mittunt̃ angeli vo
cant̃. Quibus ideo pictorum licencia pennas fa
cit vt celerem eorum in cuncta diſcurſum ſigni
ficet ſicut ⁊ iuxta fabulas poetarum. venti pen-
nas habere dicunt̃. ꝓpter velocitatem ſcz Juxta
illud. Qui ambulat ſuper pennas ventorum.

Archangeli ergo grece ſummi nũcij interp̃-
tant̃. Qui eñ parua vel minima angeli ſũt. qui
ſumma archangeli nuncupant̃. Archangeli er
go dicunt̃ eo ꝙ inter angelos teneãt principa
tum. Nam archos grece latine princeps interp̃
tat̃. Sunt eñ duces ⁊ principes. ſub quoꝝ ordi
ne vniuſcuiuſqz angeloꝝ ſunt officia deputata. Qui
dam autẽ archangeloꝝ priuatis nominib9 ap-
pellant̃. vt per vocabula ipſa in ope ſuo quid va
leant deſignet̃. Gabriel nanqz hebraice. interp̃tat̃
latine fortitudo dei. vbi etiam ipſa potencia diui-
na vel fortitudo manifeſtatur. Gabriel mittitur
Unde ipe annunciauit xp̃m naſciturum qui dya
bolũ deuicit ⁊ humiliter ad debellandas aereas
poteſtates venit. Michael interp̃tatur quis. vt
deus. quando eñ aliquid mire virtutis in mũdo
fit hic archangelus mittit̃ ⁊ ex ipſo ope nomen
eſt ei. qr nemo valet facere quod facere poteſt de
us. vnde ipe miſſus eſt in egiptũ ad immittẽdas
illas plagas famoſas. Quidam tamen dixerũt
ꝙ michael eſt nomen vnius angeli. Raphael in-
terp̃tatur curatio vel medicina dei. vbicunqz eñ
curandi vel medicandi opus neceſſarium eſt. Ra
phael archangelus mittitur. vnde ad thobiam.
Miſſus eſt vt eum a cecitate liberaret. De Ga-
briele ⁊ michaele ⁊ raphaele dicet̃ in vij. parte
ſub feſto michaelis. Uriel interpretatur ignis
dei. ſicut legimus ignem apparuiſſe in rubo. legi
mus etiam ignem miſſum deſuper ⁊ impleſſe qd̃
preceptum eſt. Hec ſunt nomina perſonalia an-
gelorum que nec a ſeipſis nec a deo impoſita ſũt
ſed ab hominibus ⁊ neſcitur a quibus. nec alia
perſonalia inueniũt̃ in ſcriptura. Alia vero ſũt
nomina ordinum. Ceterum Throni. Domia
tões. virtutes. principatus. ⁊ ptãtes. quibus
vniuerſam celeſtem ſocietatem Apoſtolus com
plectit̃ ordines angelorum ⁊ dignitates intel-
ligunt̃. vt iam dicet̃. Sed pro hac ipſa diſtribu-
tõne officiorum. alij throni. alij dominatõnes. alij
virtutes. alij principatus. alij poteſtates dicunt̃
pro certis dignitatibus quibus ab inuicem diſti
guuntur. Throni ſunt agmina angeloꝝ qui
latine ſedes interpretantur. ⁊ vocati ſunt throni
quia illic conditor preſidet. ⁊ per eos ſua iudicia
diſponit. Dominationes ſunt hij qui virtutib9
et principatibus preeminent. qui pro eo ꝙ cete-
ris angelorum predominantur agminibus do-
minationes vocantur. Nominantur ergo hic ad
notandum ꝙ eis magis aſſimilare debem9. quia
vſum dominandi docent. Eſt enim vera domina-
tio facere dei voluntatem. Virtutes angelice
ꝙ miſteria perhibentur. per quas in mũdo ſigna
et miracula fiunt. ꝓpter quod ⁊ virtutes dicũt̃

Principatus ſunt qui angelorum agminibus
preſunt. qui pro eo ꝙ ſubditos angelos ad ex-
plendum miſterium diuinum diſponũt principa-
tus vocabulum acceperunt. Nam alij ſunt qui
amminiſtrant. alij qui aſſiſtunt. ſicut ⁊ per Da-
nielem dicitur. Milia milium miniſtrabant ei. et
decies milies. centena milia aſſiſtebant ei. Po
teſtates ſunt quibus virtutes aduerſe ſubiecte
ſunt ⁊ inde ptãtum nõmine nuncupant̃. qr mali-
gni ſpũs eoꝝ poteſtate cohercentur ne tantum
noceant q̃ntum cupiunt. nominantur ergo hic
ad notandum ꝙ poteſtatem dyaboli arcere debe
mus. Cherubim autem ⁊ epiſcopi ſublimes ce
lorum poteſtates ⁊ angelica miſteria perhiben
tur qui ex hebreo in latino ſciencie multitudo
ſeu plenitudo interpretantur. Sunt eñ ſublimi
ora agmina angelorum. pro eo ꝙ vicinius ſunt
poſiti diuina ſciencia ceteris amplius ſunt pleni.
Ipſi ſunt illa duo animalia. ſuper propiciatorium
arce ficta ex metallo. ꝓpter ſignandam apoſto-
lorum penitenciã in quorum medio medius oſtẽ
ditur deus. Seraphim vero multitudo eſt an-
gelorum. qui ex hebreo in latinum. ardentes vl'
intendentes interpretantur. eo ꝙ pre ceteris ar-
dent et ſuccenduntur in caritate. et quia inter
eos et deum nulli angeli conſiſtunt. Et ideo.
quanto vicinius coram eo cõſiſtunt. tanto magis
claritate diuini lũinis inflammantur. Unde et
ipſi ſicut Yſa. legitur. velant faciem et pedes
ſedentis in throno dei. Et idcirco cetera angelo-
rum turba. vide plene dei eſſenciam non valet.

quoniam ſeraphin eam tegit· ſcd̄m Yſido· Nomi
nantur ergo hic cherubin ⁊ ſeraphin· qꝛ ſicut il
li toti in dei dilectione ardere debemus· Reperit̄
autem hoc nomen ſeraphin neutrum ⁊ maſculi=
num· ſed neutraliter termiatur in· n· vt in hoc lo
co· Beata ſeraphin· maſculīe vero termiatur in
m· Unde ꝓpheta· Seraphim clamabant alter ad
alterum· Hieronimus dicit· ꝙ cherubi ⁊ ſeraphin
ſingularis numeri ⁊ generis maſculini· cui9 ter
minatio pluralis eſt per neutrum· non ꝙ in mini
ſtris dei ſit ſexus· ſed vocabula diuerſis generi=
tuitu miſticum panis ⁊ vini prim9 obtulit ſacri
ficium · Erat eīn ſacerdos altiſſimi · Nominantur
igitur iſti tres patres veteris teſtamenti · qꝛ illi
et eorum ſacramenta ſpecialius ceteris hoc ſac̄=
mentum preſignauerunt · Quid enim per munus
abel offerentis de primogenitis gregis niſi cri
ſtus primogenitus in multis fratribus exprimi
tur · qui malicōſe occiſus eſt a populo iudeorum
ſicut ille inuidioſe a fratre ſuo · Nam ſcd̄m apoc̄ ·
Ipſe eſt agn9 dei qui occiſus eſt ab origine mū
di · Quid per ſacrificium abrahe · dilectum ⁊ vni
cum filium offerentis · niſi chriſti paſſio deſigna
tur · De quo dicit apoſtolus · proprio filio ſuo
non pepercit deus · ſed pro nobis omnibus tradi
dit illum · Hic eſt inquit filius me9 dilectus in
quō michi bene complacuit · Oblatō quoqꝫ mel
chiſedech tam proprie nouum ſacrificium ꝑſig=
nauit vt inde predictum ſit · Tu es ſacerdos ine
ternum ſcd̄m ordinem melchiſedech · qui ſecūdū
apoſtolum aſſimilat9 eſt per omnia filio dei · ma=
net ſacerdos imperpetuūm · Abel dicitur puer
non tam a puericia qm̄ a puritate · ſecundū illud
Ecce puer meus dilectus queꝫ elegi poſui ſuper
eum ſpiritum meum · Abraham dicitur patriar=
cha · non tam iſrahelitici plebis · quam populi
chriſtiani · illius per carnem · huius per fidem ·

ſcđm illud· Non vltra vocabitur nomen tuum a
bram ſed appellaberis abraham· quia patrē mul
tarum gentium conſtitui te · Melchiſedech in=
terpretatus eſt rex iuſticie· Deinde rex ſalem id
eſt pacis ·propter illud quod legitur · Orietur
in diebus eius iuſticia·et habundantia pacis do
nec auferatur luna · Sanctum ſacrificium · im=
maculatam hoſtiam hoc addidit in canone Leo
papa primus·

Supplices te rogamus· ꝛ cetera· nona
pars· Pontifex ·vt lex iubebat·et in ꝓ
hemio huius partis dictū eſt· Aſper
gebat tabulam et aram · et exterius
ſacrum ſanguine pacifico·et chriſtus tociens a
ſpergit patrem ſanguine quociens eum placat
per carnem aſſumptam · Aram aſpergit quam
diu numerum reſtaurat angelorum· Exteriꝰ ſa=
crum aſpergit· dum homines ſanctificat et patri
qui in terris ſunt reconciliat · Sacerdos eoſdem
aſpergit · quia hoc ſacrificium placat deum · et
veniam impetrat · et ſic etiam ſuper hos aſper=
git· Nam qui nos emundat· augmentat nume=
rum ciuium ſupernorum· Aſpergit etiam in=
tus tabernaculum ·prout in precedenti particu=
la dictum eſt· Dum autē hic nominat ſublime al
tare commemorat ſancta ſanctorum· Sane im
no dicto poſt cenam exiuit ihesus in montem o=
liueti tranſ torrentem cedron ·et progreſſus pu=
ſillum cecidit in faciem ſuam · orans et dixit ·
Pater ſi fieri poteſt transfer a me calicem hūc·
Sed et ſecundo et tercio abijt et orauit eundem
ſermonem dicens·et factus eſt in agonia· Pro=
lixius orabat · et factus eſt ſudor eius ·ſicut
gutte ſanguinis decurrentis in terram· tunc ve
nit ad diſcipulos ſuos dicens · Surgite ea=
mus ·ecce appropinquat qui me tradet · Tradi=
tor autem dedit eis ſignum dicens· quem oſcula
tus fuero ipſe eſt tenete eum · Et confeſtim ac
cedens oſculatꝰ eſt eum · quia ergo ihesus pro
cidit orans·et dicens· Pater ſi fieri poteſt tranſ
fer a me calicē· ꝛ cetera · Ideo ſacerdos ſe incli
nans orat et dicit· Supplices te rogamus et ce=
tera · Vel ſacerdotis inclinatio ſignificat emiſ
ſionem ſpiritus chriſti ·prout dictum eſt in pro
hemio canonis · De inclinationibus dictum
eſt ſub titulo de confeſſione · Item dicit · Vt
quotquot ex hac altaris·et cetera ·oſculatur ſe
mel altare · per quod repreſentatur oſculū pro
ditoris ·poſtquam dominus ab oratione ſurre
xit · Quidam ter oſculantur agentes gracias
trinitati· que per paſſionem domini genus recon
ciliauit humanum· Alij bis · ad notandum ge=
minam in chriſto naturam ·ſeu ipſum in anima
et corpore paſſum · quia vero in agonia proli=
xius orabat · Tercio dicens eundem ſermonem
Ideo ſacerdos facit tres cruces · Primam ſuper
oblatam dicendo· Sacroſanctum filij tui corpꝰ·
Et ſecundam ſuper calicem dicendo et ſanguinē
Terciam· ſignando ſeipſum in facie· cum dicit ·
Omni benedictōne celeſti· forte propter ſudorē
corporis cruces imprimens· ſuper corpus ꝛ pro
pter guttam ſanguinis crucem imprimens ſu=
per ſanguinem· et quia procidit in faciem ſuam
orans · ideo imprimit ſibi crucem in facie · Vel
pocius crux que fit ſupra corpus deſignat vin=
cula quibus eſt ligatum corpus· illa que fit ſu=
per ſanguinem deſignat flagella · quibus alli=
ſus eſt et ſanguis eductus· De vinculis legi=
tur · Miniſtri iudeorum comprehenderunt ihesū·
et ligauerunt et vincientes duxerunt· et tradi=
derunt pontio pylato · De flagellis legitur ·
Apprehendit pylatus ihesum · et flagellauit ·
cuius liuore ſanati ſumus · Per terciam vero
crucem que fit in facie ·recolitur illud quod ex
puebant in faciem eius· et palmas in faciem eiꝰ
dabant· et velantes faciem eius dicebant· Pro=
phetiza nobis chriſte quis eſt qui te percuſſit

Tercio crux que fit ſupra corpus martirium
chriſti· que fit ſupra ſanguinem martirium ſan=
ctorum deſignat· Quarto prime due cruces
ſignificant· quod chriſtus pro duobus popu=
lis paſſus eſt · Tercia que fit in facie ·quod in
corpore ſuo paſſus eſt · Alij vero non faciunt
premiſſas duas cruces· Conſiderari etiam o=
portet ·quod ſacerdos dicendo· Supplices te ro=
gamus ·et cetera · Stat inclinatus cancellatis
manibus ante pectus ad deſignandum quod o=
rationis humilitas per inclinationem deſigna=
ta · tunc demum et non alias exaudiri digna eſt
Si ex fide procedat pectoris · ideſt mentis · Fide
dico per dilectionem operante que operatō per
manus intelligitur · Quia vero quedam
ſunt opera vite actiue · quedam vero opera vi=
te contemplatiue · ſed opera vite actiue quod=
ammodo cancellatim ad opera contemplatiue
vite · ſicut ſiniſtra ad dexteram operantur · eo
quod opera actiue ſicut ſuppoſita · ſeu inferi=
ora ad opera contemplatiue diſponunt · et o=
pera contemplatiue ſicut ſuperpoſita · et altiorā
illa perficiunt et conſumant · Ideo in ipſa ma=
nuum cancellatione dextera ſuperponitur ſini=
ſtre · Rurſus orat cancellatis manibus an=
te pectus · quaſi ipſo facto dicat · Obſecro te
per crucem et paſſionem tuam · vt iubeas hec
perferri · et cetera · Cancellatio enim manuum
paſſionem chriſti figurat · et dextera per quam
reſurrectio leue · per quam paſſio deſignatur
ſuperponitur · vt per hoc chriſti reſurrectio a
mortuis inſinuetur · Verum in nonnul=
lis eccleſijs dyaconus infra actionem lauat ma
nus · ſignans primo · quod pylatus ſe lauit ·
cum ſe mūdum a chriſti ſanguine proclamauit·
Vel ſecundo quod noſtra ſordida opera chriſti
paſſione mundantur · Tercio ꝙ nullus niſi mun
dus ad percipienda fidei ſacramenta procedat ·

Sequitur· Jube hec perferri ⁊c̄ ·tante ſunt ꝓfun
ditatis hec verba· vt intellectus humanus vix
ea ſufficiat penetrare· Vnde beatus Gregorius·
Tanti ſacramenti dignus interpres de illis tan
quam de re ineffabili pene ineffabiliter loquens
Quis inquit fideliuȝ habere dubiū poſſit in ipa
imolatōnis hora· ad ſacerdotis vocem celos api
ri in illo ihefu xp̄i miſterio angeloꝝ choros ad
eſſe ſūmis ỹma ſociari· terrena celeſtibus iungi
vnum ex inuiſibilibus atqȝ viſibilibus fieri · Ideȝ
etiam alibi dicit · Vno eodemqȝ tempe ac momē
to in celum·i· celeſtē naturā rapitur in miſterio
angelorum cōſociandum corpori xp̄i ſcȝ miſtico
et ante oculos ſacerdotis in altari videtur· Sal
uo tamen occulto celeſtis oraculi ſacramento ·
poſſent hec verba licet ſimplicius tamen ſecuri9
ſic exponi· Jube·i·fac· hec ſcȝ vota fidelium ·ideſt
ſupplicatōnes et p̄ces· perferri· ideſt preſentari ·
per manus ſancti angeli tui·i·per miſterium an
gelorum· qui ſunt amminiſtratorij ſpūs· ⁊ vota
noſtra coram deo offerunt· Juxta illud quod ait
raphael angelus ad thobiam· thob·xij · Quādo
orabas cum lacrimis ego obtuli oratōnem tuā
domino Ex hoc ergo euidenter apparet· ꝙ ange
lus ſacris miſterijs adeſſe credendus eſt· non vt
conſecret qꝛ hoc non poteſt· ſed vt oratōnes ſa
cerdotis et populi deo repſentet· ſcd̄m illud apoc̄
Aſcendit fumus aromatum in cōſpectu domini
de manu angeli· que ſunt oratōnes ſanctorum ·
In ſublime altare tuum ſupple hoc eſt in conſpe
ctu diuine maieſtatis tue·i· in cōtemplatōne ma
ieſtatis et curie tue celeſtis· Nam ipſe deus dici
tur altare ſublime· Exo·xx· Nō aſcendas ad al
tare meū per gradus ·i· in trinitate non facies
gradus· Porro ſicut beatus auguſ· determinat
Non dicitur angelus offerre oratōnes deo· qua
ſi tunc primo deus nouerit quid velim9· quia de
us omnia nouit antequā fiant· ſed qꝛ neceſſe ha
bet rōnalis creatura tꝑales cauſas ad ēt̄nitateȝ
referre· ſiue petēdo quid erga ſe fiat· ſiue ↄſulen
do quid faciat aut quid deo iubente implendū eē
cognouerit· hoc nobis vel euidenter vel latenter
reportet· Poſſunt etiam ſecundo modo premiſſa
verba ſic exponi · Omnipotens deus iube hec ſcȝ
panem et vinum· perferri ideſt tranſmutari · in
ſublime altare tuum· ideſt in corpus et ſangui
nem filij tui· ſuper choros angelorum exaltari ·
qꝛ corpus domini dictū eſt altare ſcd̄m illud Al
tare de terra facietis michi· per man9 angeli tui
ideſt per miniſteriū ſacerdotis· Nō eñ ſcd̄m aug̃
depoſcit ob aliud illic deferenda · niſi vt intelli
gatur ꝙ iſta fiant · ideſt tranſſubſtancietnur in
eo ſacerdotio· ideſt in eius miniſterio virtute ſpi
ritusſancti· Sed cum iam tranſſubſtanciata ſint·
exponi poſſent tercio modo ſic· Jube hec· ideſt cri
ſti corpus miſticum ſcȝ eccleſiam chriſti militan
tem ꝑferri·i· aſſociari in ſublime altare tuum·i·
in eccleſiam triumphantem · que dicitur altare ·
ſcd̄m illud leui· Ignis in altari meo ſemper arde
bit·i· feruor caritatis in eccleſia triumphanti et
hoc per manūs angeli tui· ideſt per opatōnem et
virtutem filij tui qui eſt magni conſilij angel9 ·
pſa·ix· ipſe enim corpus ſuum miſticum deo pa
tri coniungit et eccleſie triumphanti · Quarto
modo hic eſt angelus magni conſilij · conſiliari9
ille cuius ↄſilio pater mundum creauit et recrea
uit· Sublime altare in conſpectu dei eſt xp̄s cru
cifixus ſedens in dextra patris· Jgitur angelus
fert hec ſacramēta in ſublime altare in ↄſpectu
dei · dum cicatrices oſtendens interpellat apud
patrem pro nobis hec ſacramenta conficiētib9·
Que vero ſint illa que petit in ſublime altare ꝑ
ferri determinat dominus dicens· Vt quocquot
⁊c̄· per hoc eñ demōſtratur corpus xp̄i miſticū·
quod xp̄us quotidie ad ſe trahit per mēbra· Vñ
iheroni· Patrem vocabis me· et poſt me ingredi
non ceſſabis·

Memento etiam domine ⁊c̄ · Decimā pars
Hec coniunctio etiam continuat ſequē
cia ꝓxime precedentibus Vel dici poteſt
ꝙ ſuperfluit· nam in antiquis codicibus p̄cede
bat immediate quedam oracō incipiens· Memē
to mei queſo domie ⁊c̄· in qua ſacerdos ꝑ ſe ora
bat vt digne poſſet offerre · Vnde tunc recte ſe
quebatur· Memento etiam domine famulis ⁊c̄·
ſed quia in multis modernis codicibus orō illa
non inuenitur· iō ſcd̄m illos illud etiam ſupfluit
Vel quod melius eſt reſpicit aliud· Memēto qđ
p̄cedit· in quo rogauit pro viuis· hic auteȝ orat
pro defunctis · Orat ergo pia mater eccleſia nō
ſolum pro viuis verum etiam pro defunctis · ⁊ e
os deo patri ſacre oblatōnis interceſſione ↄmen
dat· certiſſime credens ꝙ ſanguis ille precioſus
qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem pecca
torum· non ſolū ad ſalutem viuentiū· verum etiā
ad abſolutōnem valeat defunctorum· ideo qȝ ca
bilon̄· concilium ſtatuit· ꝙ in omnibus miſſaruȝ
ſolennijs loco competenti videlicet in hoc loco
ſecrete · vel in diebus non ſolennibus · in domica
enim die ob reſurrectōnem dominicam animꝫ re
quiem creduntur habere· eccleſia pro defunctis
dominum deprecetur· iuxta illud Auguſtini · nō
ſunt pretermittēde ſupplicatōnes pro ſpiritibus
mortuorum· quas faciēdas pro omnibus in xp̄i
ana catholica ſocietate laudamus· Et quia qñqȝ
deſunt defunctis parentes filij cognati et amici
qui ſupplicatōnes pro eis effundant · vna et pia
mater · ideſt tota eccleſia omnes defunctos ſub
generali cōmemoratōne ſuſcipit tacitis illoruȝ
nominibus· et eis exhibet communionem· inno
cēȝ papa ſtatuit · vt ante conſecratōneȝ hoſtie nō
recitentur nomina defunctorum· poſſent eniȝ po
pulo recitari· ſed deus quem nihil latet neceſſe
non eſt· qui cum ſigno fidei nos preceſſerūt· ſcȝ
ad dominum· nō ꝙ ibi ſit fides aut ſpes vbi ſpes
eſt et res· Nam fides euacuātur· caritas nūquā
excidit· ſed ſignum fidei pro caractere fidei xp̄ia
nitatis accipit̄· quo fideles ab infidelib9 diſcer
nunt̄· ſcd̄m illud · Audiui numerum ſignatoruȝ·

c·xliiij·milia ſigna·ex omni tribu filiorum iſrael
et dormiunt in ſomno pacis·ſcḋz illud In pace in
idipſum dormiā ⁊ requieſcā·Frequent ēm ſacra
ſcriptura defunctos dormiētes appellat·ꝑ eo qꝛ
ſicut dormiētes euigilāt·ita mortui reſurgēt·ꝑ
pter qḋ dicit apoſto· Nolo vos ignorare de dor
mientibus vt non otriſtemini· ſicut ⁊ ceteri qui
ſpem non habent·Et domin9 inquit in euāgelio
Lazarus amicus noſter dormit ·Ipſis domine et
omnibus in chriſto quieſcentib9·In hoc loco ſa=
cerdos quorum maluerit defunctoꝝ debet age=
re memoriam ſpēalem·Finita eſt enim memoria
mortis domini·et ideo ſequit̄ mors noſtra ·xp̄us
preceſſit et nos eius veſtigia ſequimur· hic aūt
vocantur quieſcentes in xp̄o qui in caritate mor
tui ſunt·habentes tamē aliqua purgabilia coꝝ
non plene ſatiſfecerāt ꝑ peccatis ofeſſis ꝓpt̄ qḋ
ad locum purgatorij deſcenderūt vbi exiſtētes
ſuffragio indigent eccleſie militātis tanquā nō
dum habentes in re·pacem et refrigeriū glorie
licet habeant incerta et infallibili ſpe locum re=
frigerij·in quo non eſt ardor penarum· Lucis in
quo non eſt obſcuritas tenebrarum· et pacis in
quo non eſt conflictus pugnarum·Nam abſter
get deus omnem lacrimam ab oculis eorum · et
iam non erit amplius · neq; luctus neq; clamor
ſed nec vllus dolor·qm̄ priora tranſierūt·ſed de
lectabuntur in multitudine pacis· cum placebūt
coram domino in regione viuentium· Paradiſus
dicitur ergo locus refrigerij ꝓpter ardorē ignis
purgatorij per quez anime tranſiunt· Iuxta illḋ
p̄s· Tranſiuim9 per ignē et aquam ⁊c̄· Loc9 lu
cis otra tenebras inferni·De quib9 math·xxij
Mittite eum in tenebras exteriores·Locus pa
cis ꝓpter mentis tranquillitatem·que ibi eſt otra
vermem oſcientie eoꝝ qui ſalui non erūt·Vnde
yſaias·vermis eoꝝ non morieṫ·nec ignis eoruz
extinguetur·

Nobis quoq; ·⁊c̄·xj·pars·Hec autē orō
protēditur ·vſq; per omnia ſecula ſecu
lorum·Et hec verba proferendo ſacerdoſ
paululum expreſſa voce percuſſo pectore ſilenti
um interrumpit·repreſentans cōtritōnem et cō
feſſionem latronis·in illo paſſionis dominice ar
ticulo increpantis alterum et·d·Nos digna fa=
ctis recipimus· hic autem nichil mali geſſit· Et
dicebat ad ihesum·Lu·xxiij·Domie memēto mei
dum veneris in regnum tuum propter quod di
xit illi ihesus·Amen dico tibi hodie mecum eris
in paradiſo·Rurſus per altatōnem vocis·et per
cuſſionem pectoris exprimitur illud quod cen=
turio et qui cum illo erant ·viſis illis que fiebāt
timuerunt valde dicentes · Vere filius dei erat
iſte·et omnis turba que ſimul aderant ad ſpecta
culum illud percucientes pectora ſua reuerte=
bantur·Note vero eius ⁊ mulieres que xp̄m ſe
cute fuerant a galilea ſtabant a longe hoc vidē
tes quos ſignificant miniſtri·ſcilicet dyaconus
et ſubdyaconus retroſtantes ·qui ad hāc vocez
erecti in os ſacerdotis vel ep̄i intuent̄·Premiſſa

autem pectoris vnicā tunſio ·ſignāt quod ſcḋm
apoſtolum ad romanos vij· Chriſtus ſemel pro
peccatis noſtris mortu9 eſt· Et fit cū tribus di
git s·ſcz ſine pollice et indice·vt trinitas in vni=
tate notetur Pectoris q̄ꝫ tunſio·quādoq; penitē
tenciaz deſignat·prout ſub ti· de ofeſſione dictū
eſt peccatorib9·Hec ideo dicit · quia ſi dixerim9
ꝙ peccatum non habēmus noſinetipſos ſeduci=
mus ⁊ veritas in nobis nō eſt·Licet ēm omni tē
pore debeam9 ex corde nos recognoſcere pecca
tores precipue cum ꝑ remiſſione peccatorum ſa
croſanctum miſterium celebram9 de multitudi
ne miſeratōnum tuarū ſperantib9· Iuxta quod
inquit p̄s·ſecundū multitudinē miſeratōnum tu
arum dele iniquitatē meaz·Et nota ꝙ vna tm̄ eſt
dei miſericordia ·non aliud quidem q̄z ipſe eſt mi
ſericors·ſed multi ſunt eius effectus qui miſe=
ratōnes dicuntur·Vnde Reminiſcere miſeratio
num tuarum domine·⁊ miſericordiarum tuaruz
que a ſeculo ſunt·Partem aliquam ⁊ ſocietatez
donare digneris· Sed cum ipſe deus ſit omnia
in omnib9 ſalus ⁊ premium·et gloria ſinguloꝝ
Iuxta illud·Salus populi ego ſum·Quid eſt ꝙ
dicitur partem aliquā et ſocietatem ⁊c̄·tanquā
non omnes ſint eundem denarium accepturi·Sa
ne licet vnum et idem ſit premiū ſinguloꝝ·vide
licet ipſe deus·in cuius cognitōne ſalus eterna
conſiſtit ·ſcḋm illud qḋ ipſe dicit in euangelio ·
Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te verū deū·
et hunc quem miſiſti ihesum xp̄m·tm̄ ſcḋm diffe=
rentiam meritoꝝ·alij plus ·alij minus diuina vi
ſione fruunt̄·Nam et ſtella differt a ſtella in cla
ritate·ꝓpter quod ipſe dominus ait·In domo pa
tris mei multe manſiones ſunt · Sicut vnus ē ſol
cuius lumine participant vniuerſi·alij plus·alij
minus ſcḋm differentiam intuentiū·Cum iohan
ne·Stephano·mathia·barnaba · In hac ſecunda
cōmemoratōne ſanctoꝝ·magna ex parte ſupplē
tur · qui de primitiuis ſanctis deeſſe videbantur
in prima · Sed quare iohannes repetitur et ſte=
phano ſociatus iohanni premittitur·Mathie ac
barnabe apoſtolis·Super hoc dici poteſt ꝙ Io=
hannes in prima commemoratōne diſponitur·⁊
cum ceteris numeratur propter dignitatez apo
ſtolat9· in hac autem cōmemoratōne repetitur
et cum ſtephano ſociatur·propter priuilegium
celibatus· Virgines ēm ſunt et ſecuntur agnuz
quocūq; ierit·preterea ceteris premittitur· Vir
ginitas enim iohannis inde maxime omendatur
quia chriſtus in cruce matrem virginem diſci=
pulo virgini omendauit·⁊ ex illa hora accepit e
am diſcipul9 in ſuam·Stephani vero virginitas
ex eo maxime comprobatur·quia ipſe deputat9
eſt ab apoſtolis ad miniſterium viduarum·et in
eo ꝙ feminis eſt prepoſitus teſtimoniū meruit
ſinceriſſime caſtitatis·Poſſet autem non euāge=
liſta ſed baptiſta iohannes intelligi niſi p̄mit=
teretur · Cum tuis ſanctis apoſtolis ac martiri=
bus vnde conicitur ꝙ apoſtoli tantum ac marti
res ſubnotantur · quamuis et iohānes baptiſta

merito poſſit int̄ martires̄ numerari · Enumerat
ergo ſacerdos ſanctos · quorum ſocietatē petit ·
quia et ſacerdos legalis nomina filioꝝ iſrahel
habebat ſcripta · vt ſupra dictum eſt · Et aduer-
te · ꝙ hic octo viri · et ſeptem mulieres compu-
tantur · quia per hoc ſacrificium ſeptez criſmata
graciarum · et octo beatitudines iunguntur in
nobis · Sequitur non eſtimator meriti · quia non
ſcd̄m exigentiam meritorum retribuis · ſed mi-
nus puniendo vel magis remunerādo q̄z quiſqꝫ
meruit · Vnde non ſcd̄m peccata noſtra fecit no-
bis · neqꝫ ſcd̄m iniquitates noſtras retribuit nob̄
Et alibi menſurā bonam et conuertam et cogita
tam et ſupereffluentem redbent in ſinum veſtrū
Per xp̄m dominum noſtrum · Hic non reſpōdēt
amen Tum quia angeli qui ſemꝑ aſſiſtūt reſpō
dent ꝑut in fine tercie particule dictū eſt Tum
quia hec tacite dicuntur nec reſpondentes audi
re poſſunt · Tum quia verba ſequentia · per quē
omnia ꝛc · iſtis coniunguntur et ab eis depen
dent · ita ꝙ nichil interponi poteſt · Hoc autem
loco benedicunt̄ vue · ꝑut dicetur in vij · pte ſub
quinta feria cene domini · vbi agitur de diurno
officio in canone apoſtolorum in burcardo li · v ·
c · offerri ita legitur · Offerri non licet ad altare
ſcꝫ ad benedicendū preter nouas ſpicas ⁊ vuas
et oleum et luminaria ⁊ fabas ⁊ thimiama · ad
incenſum tempore quo ſancta oblatō celebratur
Sequitur · per quem hec om̄ia · ꝛc · Ideo dicit om
nia · quia per filium omnia creata ſunt · Vnde io-
hannis primo · Omnia per ipſum facta ſunt · ⁊ ſi
ne ipſo factū eſt nichil · Et vidit deus cūcta que
fecerat et erant valde bona · Creas igitur cōden-
do naturam · Sanctificas conſecrando materiam
Viuificas tranſſubſtanciando creaturam · Bene
dicis acumulando graciam · Quod autem dicit̄
hec omnia · eſt ſimplex pronominis demōſtracō
ſicut tempus verbi confuſum · Nam preſens cō-
fuſum p̄ſentis non tenet vſum et eſt ſenſus · Hec
omnia ſcꝫ panem vinum et aquam ſemper bona
creas ſcd̄m cauſas canonicas primordiales · et
ſanctificas ſcd̄m cauſas ſacramentales · Viuifi
cas vt tranſeant in carnem et ſanguinem · Et be
nedicis vt conſeruant vnitatem et caritatem.

¶ Rurſus in eo ꝙ dicit · ſanctificas · notatur ꝙ
quodcunqꝫ ſignificatur per graciam xp̄i ſanctifi
catur · De plenitudine enim eius omnes accepi-
mus · Vnde ioh · xvj · Pater ſanctifica eos in ve-
ritate · ideſt in filio · In eo ꝙ dicit viuificas nota
tur ꝙ quicquid viuificatur per filium viuificat̄ ·
Ioh · xj · Ego ſum via veritas et vita · In eo ꝙ di
cit · benedicis · inſinuatur ꝙ benedictio celeſtis
datur nobis per fructum virginis benedictum ·
Vel creas vt ſint · ſanctificas tibi deputando · vi-
uificas animando · benedicis vt vtilia ſint · p̄ſtas
vt proſint · Fiunt autem tres cruces ſuper dictis
verbis · ſancti · viui · be · in quibus eccleſia primi-
tiua repreſentatur · que fidem trinitatis ſuſcepit
De hoc tamen aliter iam dicetur · Siquidem ſa-
cerdos dicturus · et poteſtas nobis · vel dyaco-

nus remouet cōrporale deſuper calice ad notan-
dum ꝙ quando chriſtus emiſit ſp̄m · velum tēpli
ſciſſum eſt a ſummo vſqꝫ deorſum · et aperta ſūt
nobis que prius obſcura erant in lege et clau-
ſa ſicut dicitur in euangelio de quibuſdam · Et e-
rat abſconditum verbū iſtud ab eis · vbi cū ſūp-
to aceto · conſumatum eſt · reuelatum eſt · Et cali
ce diſcooperto accipiens hoſtiam dicit et preſta
nobis · Dubitari autem vidimus · quare calix et
non hoſtia cooperitur · Ad quod quadruplex po
teſt ratio aſſignari · Primo propter periculum
quia ſanguis facilius poſſet recipere immundici
am q̄m hoſtia · Secundo quia in calice et ſangui-
ne · magis ſignificatur paſſio chriſti q̄z in hoſtia
Vnde illud · Pater ſi fieri poteſt · tranſeat a me
calix iſte · et in canone in forma ſanguinis poni
tur actus effuſionis ibi · Qui pro vobis effunde
tur ibi ꝛc · quia ergo in calice et in ſanguie ma-
gis ſignificatur chriſtus mortuus · q̄z in corpe ·
Ideo ſicut ⁊ mortuus pannis ⁊ lapidibus operit̄
ita et calix panno et ſanguis calice et corporali
cooperitur · Tercio ſanguis in calice cooperto
repreſentat corpus xp̄i in ſepulchro clauſo · ⁊
ſignat · Hoſtia vero corpus chriſti extra ſepul-
chrum · Quarto ſanguis calice cooperto repre-
ſentat xp̄i corp9 in ſindone inuolutū · hoſtia vero
non inuolutū · Sequitur per ipſum · ꝛc · Si abſqꝫ
alicuius verbi vel tempis interpoſitōne · coniu n
gas premiſſa verba · Per xp̄m dominum noſtrū
per quem hec omnia ꝛc · ⁊ facis punctum ibi · ⁊
preſtas nobis · plana eſt litera · Dic ergo · per ip̄z
ideſt tanquam per mediatorem · cum ipſo tanq̄m
cū coequali qr ipſe eſt coequalis patri · in ip̄o tā
quam in cōſubſtantōnali vel in ipſo · i · mēbris ei9
In patre quippe notatur auctoritas ꝓpter prin-
cipium · in filio equalitas · ꝓpter mediū · in ſpiritu
ſcꝫ communitas ꝓpter conſortium · Sane ſex-
ta feria crucifixus eſt xp̄us hora tercia linguis
iudeoꝝ quod narrat marcus · hora ſexta mani-
bus gentiliū · quod narrat iohannes · Circa ho-
ram aūt nonam inclinato capite tradidit ſpiritū
Ad recolendā igitur crucifixionē ora tercia fa
ctam linguis iudeorum clamancium ter crucifi
ge · cru · eū · ⁊ rurſus · Tolle tolle crucifige eum
ſacerdos facit tres cruces ſuꝑ oblatā et calicez
Dum dicit · ſanctificas · viuificas · benedicis · Ad
recolendam vero crucifixionem que poſt inter-
uallum trium horarum facta eſt mani bus gen
tilium cum milites crucifixerunt iheſum · ſacer-
dos iterum facit tres cruces cum hoſtia ſuꝑ ca-
licem ſuꝑ premiſſis tribus verbis · ſcꝫ per ip̄m · ⁊
cum ipſo · ⁊ in ipſo · Poſtmodum autem ad deſig
nandam diuiſionem carnis et anime domini mo-
rientis · facit duas cruces cuꝫ ipſa oblata in ore
calicis dum dicit · Eſt tibi deo patri omnipotenti
in vnitate ſp̄ūſſancti · Cum enim in xp̄o tres ſint
vnite ſubſtancie · videlicet diuinitas · corp9 ⁊ aīa
due tm̄ ſcꝫ corpus ⁊ anima fuerunt in morte di
uiſe · Nam diuinitas a natura eſt diuiſa ⁊ ſepata
Et ꝓpterea non tribus crucib9 ſed duab9 mor-

domini deſignatur. Ceterum ſacerdos faciendo cruces manus ſuper menſam altaris extendit quia et xp̄s ſuper aram crucis manus expādit. iuxta illud ꝓpheticum. Expandi manus meas ad populum non credentem michi. Secundo etiā p̄miſſe tres cruces cum corpore ſuper nudum calicem facte. ſignificant tres cruciatus. quos xp̄us in nūda cruce ſuſtinuit. videlicet paſſionem. ꝓpaſſionem et compaſſionem. Paſſionem in corpe propaſſionem in mente. compaſſionem in corde. De paſſione corporis ait dominus per prophetam. O vos omnes qui tranſitis per viam. attendite et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Foderunt enim manus meas et p. m. d. o. o. m. De ꝓpaſſione mentis dominus inquit apoſtolis. Triſtis eſt aīa mea vſq3 ad mortē. cepit enī iheſus tedere et pauere. cepit contriſtari et meſtus eſſe. Ex compaſſione vero cordis pro crucifixioribus orauit ad patrem dicens. Pater ignoſce illis. quia neſciunt quid faciūt. Si enī cognouiſſet nunq̄m dominum glorie crucifixiſſent. Et ideo ſacerdos facit has cruces cum hoſtia ſuper calicē. quia criſtus ſuſtinuit huiōi cruciatus in corpore ſup patibulum. Per calicem enim paſſio deſignatur vt iam dictū eſt. Tercō mō tres cruces cū hoſtia ſuper calicem facte. ſignificant fidem centurionis dicentis. Math. xxvij. Vere filius dei erat iſte. et ita cognouit eum vnum eſſe in trinitate. ſcz xp̄m deum et hominem. Due vero que fiunt in ara ſeu latere calicis. deſignant duo ſacramēta que de latere xp̄i profluxerūt. videlicet aqua regeneratōnis. et ſanguis redemptōnis. Juxta teſtimonium iohannis dicentis. Vnus militum lancea latus eius aperuit. et continuo exiuit ſanguis et aqua. Et ideo imediate pꝰ has duas cruces latus calicis in quibuſdā eccleſijs cū hoſtia tangitur. per quod percuſſio lateris xp̄i cum lancea militis deſignatur. ¶ Quarto tres premiſſe cruces in quibuſdā eccleſijs ita fiūt et bene. Nam prima que fit ſuper per ip̄m fit ſupra os calicis exteriꝰ. ſignās q̄ deꝰ eſt extra omnia nō excluſus. Secunda que fit ſuper. cum ipſo. fit parum inferius ſub prima videlicet a labio calicis in labium ſignificās q̄ deus eſt ſuper omnia non eleuatus. Tercia que fit ſup in ipſo. fit inter os calicis. circa mediū ocauitatis eius. ſignificās q̄ eſt intra omnia non incluſus. Quarto que fit ſuper. deo patri. fit a medio oris calicis recto dyametro contra faciem ſacerdotis. ſignificans q̄ omnia que in miniſterio miſſe occulte aguntur in fine nobis ante oculos ponentur. Quīta que fit ſuper in vnitate ſpūſſancti. fit a latere calicis inter ip̄m calicē et ſacerdotem. videlicet deſcēdendo a ſummitate calicis contra pedem. ſignificās q̄ deus eſt ſubter omnia nō compreſſus ſeu proſtratus. Quidam tamē de hijs duabꝰ vltimis nō faciunt niſi vltimā. Quinto dicte tres cruces ſignificāt tres cruciatus quos xp̄s ſuſtinuit tribus temporibꝰ videlicet ante mortē. alapas flagella. ſputa. et huiōi. in morte. crucifixionem. et

poſt mortem lateris perforatōnem. prima ſignificat primū. ſecūda ſecundū. tercia terciū. quarta vero ſignificat ſeparatōnem anime a corpore xp̄i. quinta deſcenſum in limbum vel cruciatum in pedibus. Sexto quinq3 ordines ſignorum que fiunt ante ſextum ſcz ante tactū calicis cū hoſtia quādoq3 videlicet de duabꝰ vltimis nō fit niſi vna ſignificāt quinq3 mūdi etates q̄ fuerūt ante xp̄i natiuitatē. ſextum vero videlicet ip̄e tactus ſignificat ſextū tempꝰ ſcz a xp̄i natiuitate vſq3 ad finē mundi. ipſe enī vnicus tactꝰ ſignificat dominum ſemel aſcendiſſe crucem. vt finem haberet. ipſa autem res eſt cruciatus qui per dictas quinq3 etates omnibus fiebat hominibus. Notandum igitur eſt q̄ ſacrificium ſeptem vicibus ſignatur in canone. Prima vice ter vbi dr̄ Hec dona. hec munera. etc̄. Secunda vice quinquies vbi dicitur. Quā oblatōnem tu deus etc̄. Tercia vice bis. ſemel vbi dicitur. Qui pridie. etc̄. ibi. Tibi gracias agens. benedixit. etc̄. et iterum vbi dr. Similiq3 modo etc̄. ibi. Item gracias agens. Quarta vice quinquies vbi dr. Hoſtiam puram. Quinta vice bis vbi dr. Sacroſanctū filij tui corpus etc̄. Sexta vice ter vbi dr. Sāctificas. viuificas. etc̄. Septima vice quinquies. vbi dicitur. Per chriſtum etc̄. prout in ipſis locis dictum eſt. Inter quas ſeptem vices ſacrificium ſignificatur duabus vicibus bis. et duabus vicibus ter. et duabus vicibus quinquies. Septima vero vice bis et ter. Signatur ergo ſimul omnibus vicibus iunctis. quinquies quinq3 que ſunt ſimul quindecim. qui numerus per ſe ductus ſemper in ſeipſum reducitur. ſi ducatur in infinitum. q̄ntumlibet enim multiplicetur eucariſtie ſacramentum ſemper eſt idem ſacrificium. Auguſtinus tamen dicit q̄ ſi tantū ſemel ſignum crucis fieret ſuper panem et vinum ſufficere poſſet. quia ſemel dominus crucifixꝰ ē. In hoc etiam ſacramēto quinq3 ſenſus corp̄is ſcz viſus. auditus. guſtus. odoratus. tactus. exercent ſcz circa colorē. ſaporem. odorem. fractionem. et ſumptōnem. vt quinq3 ſenſus anime ſpirituales exuberent. ſcz viſus intelligētie. auditus obediēcie. odoratus diſcretōnis. guſtus dilectōnis. et tactus operis. De quibꝰ reperitur in euangelio. Domine quinq3 talenta tradidiſti michi. ecce alia quinq3 ſuperlucratus ſum. Sed et binarius et ternarius bene congruit ſacramento. Binarius ꝓpter carnem et ſanguinem. Ternarius ꝓpter panem vinum et aquam. Item binarius ꝓpt̄ duplicem modū edendi. ſcz ſacramentalem ſub ſpē panis et vini et ſpūalem in fide cordis. Et ternarius propter tria que ſunt in hoc ſacramento diſcreta. videlicet forma viſibilis panis et vini. veritas corporis et ſanguinis. et virtus ſpiritualis vnitatis et caritatis. De quibus dictum eſt in ſeptima particula ſuper verbo. Miſterium fidei vt ita ternarius binarium. ideſt fides trinitatis per dilectōnem dei et proximi operetur. Fiunt igitur tres cruces que quatuor habent anglos

ſuper ſacrificium· quia xp̄us dum in cruce pepen
dit quatuor climata mundi redemit· et ſeptem or
dinibus ordinantur ad notandum ſeptiformem
ſpiritusſancti graciam que in hoc miſterio ne=
ceſſaria ē· Et fere in quolibet ordine p numerū
imparem ſignacula diſponuntur quia corp9 xp̄i
vnum manens non ſcinditur omnis honor tanq̄z
domino· et gloria tanquā deo· Sequit̄ p om̄ia
ſecula ſeculorum· non ſolum crucis impreſſio ve
rum etiā vocis expreſſio et pectoris pcuſſio· que
geſta ſunt iuxta crucem inſinuant· put dictū eſt
ſuper verbo· Nobis quoq̄z quia ergo ihesus cla
mans voce magna tradidit ſpm̄· Ideo ſacerdos
dicendo· Per omnia ſecula ſeculorū exaltat vo
cem et etiam aliquantulum calicem eleuat· Vel
dr̄ alte ad incitatōnem populi vt ſciens finem ca
nonis reſpondeat amen· Vel ideo quia cēturio
clamauit· Vere filius dei erat iſte· Quia vero
mulieres lamentabantur flentes dominum· Ide=
eo chorus quaſi lamentando reſpondet amen re=
preſentans fideles qui dominum ↄtrito corde lu
gebant velut quondam abel inuidi fratris furo
re occiſum parentes eius lamentabantur· Con=
ſequenter diaconus accedit ⁊ exaltatū parūper
ſacrificium ſeu calicē cum corpore de altari tam
ipſe q̄z ſacerdos deponit· quia vt legitur ioh· xx
Venerunt ioſeph ab aromathia et Nicodemus
et impetratum corpus ihesu a pylato deponen=
tes ſepelierūt Sacerdos ergo eleuās nicodemū
repreſentat· ipſa vero eleuatō xp̄i depoſitōnē de
cruce· depoſitō collatōnem in ſepulchro demon
ſtrat· Et aduerte quia ſacerdos dicens· Precep=
tis ſalutaribus moniti calicem ſimul et hoſtiam
deponit Ad cuius rei euidentiam notandum eſt
q̄ xp̄i corpus et ſanguis bis in ſexta feria ele=
uata et depoſita fuerunt· ſemel in cruce eleuata
et de cruce ad terram depoſita· et ſemel de terra
eleuata et in ſepulchro collocata· Primum rep=
ſentatur in prima eleuatōne et depoſitōne corpo
ris et ſanguinis chriſti que fit ſtatim poſt cor=
cōſecratōnem· Alia repreſentatur in eleuatōne
et depoſitōne que fit in hoc loco· Cōgrue igitur
dum hec verba proferuntur fit corporis ⁊ ſan=
guinis eleuatio et depoſitō· deſignātes eleuatio
nem corporis xp̄i de terra· et locatōnem eius in
ſepulchro· quia Joſeph qui illud de cruce et de
terra leuauit et in ſepulchro locauit· monitus ⁊
inſtructus erat preceptis ſalutaribus xp̄i· ſicut
fidelis diſcipulus eius· Vnde de eo legitur in
marco· Et ipſe erat expectans regnum dei· Si=
militer autem eleuantur corpus et ſanguis iam
conſecrata· quia ipſe ioſeph vt aiunt quidam fil'
corpus cum ſanguine in ſepulchro locauit Ad
huc in ipſa eleuatōne tenet̄ hoſtia cū q̄tuor digi
tis· Cum enim expectemus et neceſſe habeam9
impetrare quatuor principaliter per merita paſſi
onis xp̄i· ſcʒ poteſtatem ↄtra dyabolum· humili
tatem ↄtra mundum· caſtitatem contra corpus
ꝓprium· ⁊ ſubiectōnē ad dilectōnem quo ad deū
et proximum· ideo ad hoc repreſentandum meri
to cū quatuor principalibus digitis hoſtia te
netur· Quedam tamen eccleſie in tribus primis
petitōnibus dominice oratōnis tenēt calicē ele=
uatum· et tunc calicis eleuatō aliud ſignificat·
prout ibi dicetur· In quibuſdam etiam eccleſijs
dum calix parumper ab altari eleuatur· quidam
puer ſtat vltimus poſt ſubdyaconū habēs cap
pam et tranſuerſo· ad deſignandū q̄ caput· i· iu=
dei expectantes meſſiam· i· xp̄m· cum iam venerit
tarnſuerſū eſt in caudam· Quia vero nicodem9
ſepulto domino aduoluit ſaxum magnū ad ho
ſtium monumēti· ideo dyaconus ſuper os depoſi
ti calicis corporale deponit· Dyaconus q̄z calicē
cum corporali inuoluēs repreſentat ioſeph· qui
corpus domini ſindone munda inuoluit· Rurſus
quia in pace fact9 eſt locus eius· Dyacon9 ſcd̄z
morem quarundam eccleſiarum menſam oſcula
tur altaris· Et quia fact9 eſt principat9 ſup hu
merum eius oſculat̄ dextrū armum pontificis·
vt in vtroq̄z ſignificet xp̄m et quieuiſſe p9 mor=
tem et viciſſe poſt mortem· Juxta quod ipſe pre
dixit in p̄s· In pace in idipſum dormiam ⁊ requi
eſcā· Et alibi· O mors ero mors tua morſus tu
us ero inferne· Chriſt9 em̄ p mortē triūphauit
de morte· Nam quia factus eſt obediēs vſq̄z ad
mortē· mortem aūt crucis· Jdcirco deus exalta
uit illū ⁊c̄· Hoc ipm̄ etiam ſignificat q̄ de9 ſibi
crucem ſup humerum baiulauit· Secundo dya=
conus oſculando dextram ſacerdotis ſignificat
q̄ vult eſſe princeps laboris vt ſit ſocius eterne
retributōnis Tercio per in hoc innuit q̄ ioſeph
deponens corp9 illud fuit oſculat9· In quibuſdā
eccleſijs ſacerdos hic etiam hoſtiam oſculatur in
nuens q̄ et nicodemus idem fecerit quod Jo=
ſeph· vel pocius per domini paſſionem factam
eſſe noſtram reconciliatōnem· Poſt oſculū hu=
ius dyaconus retrocedit a facie ſacerdotis· re=
preſentans mulieres ſepulto domino a monumē
to recedentes·

De pater noſter·

Secundū eos qui dicūt q̄ tercia ps miſſe
que dr̄ poſtulatōnes incipit hic· Oremus
preceptis ſalutaribus· ⁊c̄· et quod du=
rat vſq̄z ad collectas· Hec pars ↄtinet quinq̄z
clauſulas· prima eſt ipſa prefatō· ſcʒ orem9 pre=
ceptis quod addidit beatus grego· Secunda eſt
pater noſter· Tercia· Libera nos queſumus do
mine· Quarta· Pax domini· Quinta· fiat com=
mixtio· Quia ergo ihesus voce magna cla=
mabat· Pater in manus tuas ↄmendo ſpm̄ meū·
ſacerdos et non totus populus· prout greci fa=
ciunt· eleuata voce pronunciat· Oremus p̄ceptis
⁊c̄· Non eniʒ dr̄ ſub ſilentio· ſed palam· quia eſt
de euangelio· ad notandum q̄ rex celorum in no
ua lege palam loquebatur· et ſine velamine pre
dicauit· Ad hoc ideo hec dominica oratio et ec
iam· Credo in vnum deum alta voce dicuntur vt
omnes illa dicant et addiſcant· Alia etiam ratio
poſita eſt ſub titulo de predicatōne· Sed tercia

clauſula·ſcꝫ libera nos ⁊c̃·ſub ſilentio dicitur in
ſignum ꝙ xp̄us interdum a predicatione ſiluit·
aliter tamen ibi dicetur·Sed et proferēs·pater
noſter·⁊c̃·Item ſicut prius extendit·ac ſurſum
eleuat manus Primo enim dicens·preceptis ſa=
lutaribus·Actus ioſeph·de quibus in p̄cedenti
columna dictum eſt·quos p̄ceptis ſalutaribus
monitos·et diuina inſtitutōne formatos geſſit
repreſentauit·quia igitur doctrina·audiendo·me
ditando·et in quiete diſcenda eſt·ideo verba iſta
depoſitis ſuper altare manibus protulit·d·ante
pater·⁊c̃·chriſtum populum orare docentem re
preſentat Ideo moyſi orantis exemplo manꝰ ex
tendit·et ſurſum eleuat·vt feruorem cordis·et
rectam ad deum intentōnem oſtendat·Rurſus
dicendo·preceptis ſalutaribus·⁊c̃·calicē ſimul
et hoſtiam deponit·vt premiſſuꝫ ēſt·Sane lega
lis pontifex regreſſus ad populum lauabat ve=
ſtes·immundus tamen erat vſqꝫ ad veſperā·ſic̄
in prohemio huius p̄tis dictum eſt·Sic et xp̄us
qui intrauit ad ſancta ſanctorū redit in eccleſiā
compaciendo ⁊ auxiliādo ⁊ lauat manus ſuas·i·
ſanctos mundificat·et tamen vſqꝫ ad finē mun
di membris eius alique macule adherēt·Sacer
dos etiam redit ad populū·quia dum rurſus al=
ta voce multiplicat preces foras exire videtur·
Et precibus velut aquis·veſtimenta ſua·i·popu
lum lauat et mundat·et tamen immūdus iudica
tur·quia vſqꝫ ad mortem erit in omni homine ꝙ
lauetur·Oraturus ergo et oſtenſurus ſe cauſā
ſuam agere coram deo·⁊ que quotidie petere de
beamus·monet populum orare dicēs·Pater no
ſter ⁊c̃·que oratō habetur Math·vj·c·Fiducia
liter enim orare poſſumus vt filij patrem quos
ipſe dominus ad ſic orandum informauit·et ipſe
vice vniuerſalis eccleſie quā rep̄ſentat·orat·Ne
tamē ſua auctoritate et quaſi p̄ſumptiue petere
videat̄ premittit quaſi loco p̄fatōnis preceptis
ſalutaribus ⁊c̃ Dicit autem preceptis ⁊ diuina
inſtitutōne·quia dominus et hanc oratōnem in=
ſtituit·et apoſtolis ſic orare precepit·Et extūc
maxime proſtrati orare debemus vſqꝫ in finem
dominice oratōnis·ſaltem in profeſtis diebus·
In feſtiuis vero ſtantes·Tres autem articuli
ſequentes·ſcilicet preceptis ſalutaribus pater
noſter·et libera nos ſignificāt tres dies domice
ſepulture·idcoqꝫ et hijs dumtaxat vtimur in pa
raſceue·In quibuſdā eccleſijs dum ſacerdos dic̄
Pater noſter a dyacono·et dum prelatus dat
benedictōnem ſolennem poſt pater noſter ma=
nus eius a dyacono et ſacerdote ſuſtentatur·in
quo repreſentatur·ꝙ hur et aaron ſuſtentabāt
manus moyſi orantis·De quo ſub ti·de oratio=
ne dictum eſt· Beatus gregorius·dominicā
orationem poſt canonem ſuper hoſtiam cenſuit
recitari·aſſerens in regeſto incongruum eē vt
ſuper eucariſtiam diceretur orō quā ſcolaſticus
compoſuerat et illa omitteret̄·quā dominus ipſe
dictauerat et apoſtoli dicere ɔſueuerāt·Et can
tatur apud grecos a toto populo·ſed apud nos

a ſolo ſacerdote·Illud aūt notandum eſt ꝙ hec
oratō ceteras orōnes ꝓpter quatuor antecellit
ſcꝫ autoritate doctoris·breuitate ſermonis·ſuffi
cientia petitionum·et fecunditate miſteriorum·
Autoritate doctoris·quia fuit ipſiꝰ ſaluatoris
apoſtolos orare docentis ore prolata·et inde di
citur oratio dominica·Breuitate ſermonis·quia
facile diſcitur et profertur· Iuxta illud·Cum
oratis nolite multum loqui ⁊c̃·Sufficientia peti
cionum quoniam vtriuſqꝫ vite neceſſaria conti=
net·Fecunditate miſteriorum·quoniam immenſa
continet ſacramenta·Verum licet ſciat dominꝰ
quid velimus vult tamē nos orare vocaliter ꝓp
ter multa·Primo pro excitanda deuotōne·quia
quod facit flatꝰ carboni hoc facit ꝓnunciatō de
uotioni·Vnde ad ipm̄ ore meo clamaui et exal=
taui ſub lingua mea·Scd̄o pro alioꝝ inſtructio
ne vt cortina cortinam trahat·et qui audit di=
cat veni·Vnde luceat lux veſtra coram homini
bus·Tercio pro lingue obſequio·vt quod lin=
gua peccamus lingua ſatiſfaciamus·Vnde·ſic̄
exhibuiſtis menbra veſtra ſeruire iniquitati ad
iniquitatem·ita exhibete ea ſeruire iuſticie in ſā
ctificatōnem·Quarto pro rei petende comme=
moratōne quia facilius obtinetur quod inſtan
cius poſtulatur·Vnde petite et accipietis·pulſa
te et aperietur vobis·Quinto pro impetrate rei
cuſtodia quia quod ſepius requiritur diligenti=
us cuſtoditur·Vnde tene quod habes ne alius
accipiat coronam tuam·Sane in hac oratione
oratur pro bonis adipiſcendis·et pro mali.. vi=
tandis·Pro bonis tempalibꝰ ſpūalibꝰ ⁊ eternis
Pro malis preteritis p̄ſentibꝰ ⁊ futuris·De bo
nis eternis dicitur·Adueniat regnum tuū·De
bonis ſpūalibus·Fiat volutas tua ſicut in celo
et in terra·De tempalibus·Panē noſtrum quo
tidianum da nobis hodie·Eterna petuntur in p̄
mium·ſpūalia in meritum·tempalia in ſuſtenta
culum·De malis p̄teritis·Dimitte nobis debita
noſtra ⁊c̃·De p̄ſentibꝰ·Sed libera nos a malo·
De futuris·Et ne nos inducas ⁊c̃·Preterita ſunt
dolenda·p̄ſentia ſunt vincenda·futura ſunt p̄ca
uenda· Septem ſunt oratōnis dominice peti ci
ones preter captatōnem beniuolentie que ſigni
ficant ſeptem verba in xp̄i cruce·Primum fuit·
Pater ignoſce illis·Secundum·Ecce mulier fili
us tuus·Tercium·Ecce mater tua·Quartum·
Hodie mecum eris in paradiſo·Quintū Elop
elop·Sextum·pater in manus tuas·Septimum
Conſumatum eſt Vel ſignificant ſeptem verba·
que tm̄ beata virgo legitur de xp̄o dixiſſe·Pri
mum fuit diſcretōnis·Quomodo fiet iſtud·Se=
cundum humilitatis·Ecce ancilla domini·Terci
um ſalutatōnis·Ecce vt facta eſt vox ſalutatio
nis in auribꝰ meis·Quartum graciarūactōnis
Magnificat anima mea dominum·Quintuꝫ cō
paſſionis·Fili vinum non habent·Sextū inſtru=
ctionis·Quodcunqꝫ dixerit vobis facite·Septi
mum amoris·Fili quid feciſti nobis ſic·Prima
autem peticio eſt·Sanctificetur nomen tuum·

Secunda Adueniat regnuꝫ tuum. Tercia. Fiat
voluntas tua. Quarta. panem noſtrum quotidꝫ.
Quinta. Et dimitte nobis debita noſtra. Sexta
Et ne nos inducas in temtatōnem. Septima. Li
bera nos a malo. Et hee ſeptem petitōnes. ſcōm
apoſtolum ſeptem poſtulatōnes dicunt. Quaꝝ
prime tres ſpectant ad vitam eternam. ſiue ad
patriam. Et ideo ſacerdos in quibuſdam locis e
leuato calice dicit eas ⁊ prefatōnem. Preceptis
ſalutaribus ⁊c. dicens vero. ſicut in celo. paruꝫ
magis eleuat illum et dicens. et in terra. illum
deponit. Tres vltime ad preſentem vitam ſiue
ad viam pertinent. et ideo depoſito calice dicit eaſ
Media vero ſcilicet panem noſtrum. ⁊c. perti=
net ad vtrunqꝫ. Porro tres prime ſuccedunt or
dine tēpis. ſed pcedūt ordie dignitatis. Tres
vltime ſuccedunt ordine dignitatis. ſed prece=
dunt ordine tēpis. Duplex igitur ordo eſt in
dominica oratōne notandus. vn9 in aſcēdendo qui
conuenit cum virtutib9. alter in deſcēdendo qui
concordat cum donis. Dona nāqꝫ de ſummis ad
yma deſcendunt. Unde requieſcet ſup eū ſpirit9
ſapientie ⁊ intellect9 ⁊c. Virtutes vero de ymis
ad ſumma conſcendunt. Unde. Beati pauperes
ſpiritu. qm̄ ipſorum eſt regnum celorum. Beati
mites ⁊c. Nempe domin9 in oratōne ipſa ſecut9
eſt ordinem dignitatis. qui eſt artificialis. vt de
maioribus ad minora deſcēderet. Sꝫ doctores in
illius expoſitōne ſecūtur ordinē tēpis qui eſt
naturalis vt de minoribus ad maiora. id eſt de tē
poralibus ad eterna conſcendant. quem modum
ſeruamus exponendo. Et fit hic adaptatō ſeptē
petitōnum. ſeptem virtutum. ſeptem donoꝝ ſpi
ritusſancti. et ſeptem beatitudinum. contra ſep=
tem vicia capitalia ſeptem virtutibus oppoſita.
Nam dona petitōnibus. virtutis donis. et beati
tudines virtutibus obtinentur. Septeꝫ dona ſūt
hec. ſapientia. intellectus. conſilium. Fortitudo.
ſciencia. pietas. et timor. De quibus dicit pro=
pheta. Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientie
et intellectus. ſpiritus cōſilij et fortitudinis. ſpi
ritus ſciencie et pietatis. ⁊ replebit eum ſpūs ti=
moris domini. Septē vero virtutes ſūt hec. pau
pertas ſpūs. manſuetudo luctus. eſuries iuſticie
miſericordia. mundicia cordis et pax. Septeꝫ qꝫ
beatitudines ſunt iſte. regnum celorum. poſſeſ=
ſio terre. conſolatō. ſaturitas. miſericordie con=
ſecutio viſio dei. filiatio dei. De quibus coniun=
ctim dominus ait. De prima beati pauperes ſpū
qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ. De ſecūda beati mi
tes qm̄ ipſi poſſidebunt terram. De tercia. beati
qui lugent. qm̄ ipſi ꝯſolabunt̄. De quarta. beati
qui eſuriunt ⁊ ſiciunt iuſticiam. qm̄ ipſi ſaturabū
tur. De quinta. beati miſericordes. qm̄ ipſi miſe=
ricordiā ꝯſequent̄. De ſexta. beati mundo corde.
qm̄ ipſi deū videbunt. De ſeptima. beati pacifici.
qm̄ filij dei vocabunt̄. Septem vero vicia capita
lia ſunt. Inanis gloria ſiue ſuperbia. ira. inuidia
accidia. auaricia. gula. ⁊ luxuria. que ſignifica=
ta fuerunt in ſeptem populis. qui terraꝫ iſrahel
promiſſam tenebant videlicet Etheus. Gergeſi9
Amoreus. Chananeus. fereſeus. Eneus. ⁊ Le
biſeus. Homo igitur eſt egrotus. deus medic9
vicia ſunt languores. petitōnes ſunt planctus.
dona ſunt antidota. virtutes ſunt ſanitates. bea=
titudines ſunt felicitates ⁊ gaudia. Hec ſeptem
vicia per ſeptem petitōnes huius fugantur ora
cionis. prout inferius oſtendetur. Ad oratōnis
ergo ipſius expoſitōnem veniamus. Et nota qꝫ
in quibuſdam eccleſijs dum hec ſeptē petitōnes
dicuntur. dyaconus ſtat inclinatus. ꝯmunionem
expectans. in quo ſignificat apoſtolos. qui poſt
mortem domini per ſeptem ebdomodas. confir=
matōnem ſpūs expectauerūt. Subdiacon9 vero
quieſcit. qꝫ mulieres in ſabbato que eſt dies ſep
tima ſiluerunt.

Pater noſter ⁊c. Ordinem temporis vt p̄
miſſum eſt in huius oratōnis expoſitōne
ſeruantes. a fine eius inicium ſumamus
verſus principium ordine retrogrado proceden
do. Siquidem homo multis malis circumdatus.
primo petit liberari a malo. Quia vero ſine tem=
tatōne non eſt vita hominis ſuper terram. ideo li
beratus a malo petit vt in temtatōnem nō indu
catur. Et quia dum in hac vita conſiſtit ſemper
eſt in quocunqꝫ peccato. Naꝫ ſi dixerimus. quia
peccatum non habemus veritas in nobis nō eſt
ideo petit vt debita id eſt peccata ſibi dimittātur
Cum autem fuerit liberatus a malo cum vice=
rit temtatōnes. cum debita fuerint ei dimiſſa. qꝫ
qui per ſe ſtare non poteſt neceſſari9 eſt ei ſpūs
fortitudinis ne premium expectando deficiat. idō
qꝫ petit vt panis quotidianus ſibi donet̄. Deinde
cum fuerit liberatus a malis. et roboratus in bo
nis petit vt fiat voluntas dei ſicut in celo ⁊ in ter
ra. Et qm̄ premiſſa in hac vita. perfecte fieri nō
poſſent. mox petit vt regnum adueniat. in quo
nomen patris ſanctificetur in celis. vt nunquaꝫ
de cetero poſſit a ſanctificatōnis gracia ſepari.
¶ Poſtquā petitōnum ꝯtinuatōnem premiſim9
mox ad eorum expoſitōnem veniamus. Prenotā
dum tamen eſt qꝫ illud quod in oratōne premit
titur. videlicet. Pater noſter qui es in celis. cap
tatio beniuolēcie eſt vt iam dicētur. Nēpe pater
grece ⁊ latine genitor. Et ⁊ deus pater a pa=
trando ſiue perficiēdo qꝫ per eum oīa facta ſūt
Deus aūt ⁊ generaliter ⁊ ſpecialiter et ſingula
riter ⁊ pater. Generaliter omniū per creatōneꝫ
Specialiter iuſtoꝝ per adoptōnem. Singularit̄
xp̄i per generatōnē. Per creatōnem vt ibi. Flecto
genua mea ad te deum patrem omnipotentem a
quo omnis paternitas in celo et in terra nomia
tur. Per adoptōnem vt ibi. ſi voꝫ cum ſitis mali
noſtis bona data dare filijs veſtris. q̄nto magis
pater veſter de celo dabit vobis ſpiritum bonū
petentibus ſe. Per generatōnē vt ibi. Nemo no
uit filium niſi pater. ⁊ patrem niſi filius. ⁊ cui
voluerit filius reuelare. Et per hoc qꝫ dicit. Pa=
ter noſter qui es in celis. dehortat̄ nos a duob9

videlicet a ſuperbia· ne dicam⁹ pater mi q̄uaſi re
putantes ꝓpriū quod eſt cōmune· ⁊ ab indignita
te ſcʒ ne reddamur indigni tanto patre qui cōſi
ſtit in celis· Deus eīn ſolius xp̄i pater eſt per na=
turam· cui ſoli cōpetit dicere pater mi· Fidelium
autem eſt pater per graciam quib⁹ cōpetit dice=
re· Pater noſter· ille dicit· pater mi ſi poſſibile ē
transfer a me calicem hunc· Iſti dicunt pater nr̄
qui es in celis ſanctificetur nomen tuum ⁊c̄· Et
ipſemet dicit Vado ad patrem meum ⁊ ad patrē
veſtrum· Meum quidam per naturam· veſtrum
per graciam· Hortatur etiam nos ꝑ hec ad duo
ſcʒ ad ſeruandam graciam adoptōnis cum dicit
Pater· et vnionem fraternitatis· cum ait noſter
Rurſum per hoc ꝙ dicit· pater· quod eſt nomen
pium· notatur bonitas eius ⁊ eccleſie deuotō· q̄
ipſum patrem appellat· per hoc vero ꝙ dicit̄ no=
ſter· oſtendit dilatatō caritatis· Per hoc ꝙ dicit
in celis· ideſt in ſanctis· quorum cōuerſatō a fece
mundi remota eſt dei pietas deſignatur· Quia
igitur captatio beniuolentie in hac oratōne pre
mittitur· Sciendū eſt ꝙ beniuolentia captatur
a tribus· ſcʒ a perſona cognitoris· petitoris· ⁊ aſ
ſeſſoris· Cognitor eſt deus· Petitor eſt homo·
Aſſeſſor eſt angelus· A perſona cognitoris· cū
ait pater· petitoris cum ait noſter· aſſeſſoris cuʒ
ait qui es in celis· ideſt in angelis vel in ſanctis
De quibus habetur· Celi enarrant gloriam dei·
Vnde ſpes nobis tribuitur vt ſanctos nos faci
at· Vel in celis· i· in ſecreto maieſtatis diuine· ꝑ
quod datur fiducia obtinendi bonum occultum
quod oculus non vidit· nec auris audiuit nec in
cor hominis aſcendit· Dat ergo fiduciam impe=
trandi bonū· Vnde nō dr̄· domine cui ſeruitur ti
more· ſed pater cui ſeruit̄ amore· q· d· quia pater
es vis· quia in celis es· potes ergo· libera nos a
malo· Et nota ꝙ celum dicitur a celādo· quia ce
lat diuina ſecreta· vel a celſitudine qr altius eſt
terrenis rebus· Sed libera nos a malo Triplex
aūt eſt malū· a quo petim⁹ liberari innatū addi
tum et inflictū· primum detrahitur ſcʒ originale
Secundum omittitur ſcʒ actuale· Tercium ſu=
ſtinemus ſcʒ penale· Malum autem vitam⁹ per
ſpm̄ timoris· Nam vt inquit ſcriptura· Timor
domini expellit pcc̄m· Porro triplex ē timor· q̄
ceſſamus a malo· Seruilis· inicialis· et filialis·
Timore ſeruili ceſſamus a malo· formidine pe=
ne· Timore filiali ceſſam⁹ a malo· amore iuſticie
Iniciali timore ceſſamus a malo· partim formidi
ne pene· partim amore iuſticie· Seruilis timor ē
incipiencium· Inicialis proficiencium· Filialis ꝑ=
ficiencium· Dicit ergo· ſed lib· nos a ma· quaſi d·
Da nobis ſpm̄ timoris· et paupertatem ſpūs vt
per ſpm̄ timoris vitemus mala· Per paupertatē
ſpūs abdicemus bona· quatenus excluſis vicijs
⁊ contemptis terrenis habeamus eterna ſcʒ regnū
celoꝝ· quod lucifer et primi parentes per inanē
gloriam ſiue ſuperbiam amiſerunt· Per hoc er=
go ꝙ ſe humiliādo petit liberari a malo· qđ fit ꝑ
donum timoris fugatur ſuperbia· que opponitur

timori· et ſic finis oratōnis concordat cum prin
cipio· vbi ab humilitate contra ſuperbiam ince=
pit vt premiſſum eſt· Et ne nos inducas intē=
tatōnem ſcʒ dyabolicam Nota ꝙ temptat nos de
us· temptat homo· temptat dyabolus· Deus tē=
tat vt probet· homo vt ſciat· dyabolus vt fallat·
De primo legitur Temptauit deus abraham·
de ſecundo· Tempta nos obſecro diebus decē·
De tercio· Cur ſathanas temptauit cor tuum
¶ Porro duobus modis temptamur interius
per delectatōnem et exterius per ſuggeſtionem
Interior temptatō parum efficit· exterior multū
proficit ſi non conſenciatur ſed reſiſtatur· Scrip
tum eſt enim· Temptatō vos non apprehendat
niſi humana· Rurſus· beatus vir qui ſuffert tēp
tatōnem· quia cum probatus fuerit accipiet co
ronam vite· Cum ergo circa conſenſum temp=
tamur ducimur in temtatōnem· cum cōſentim⁹
in temtatōnem inducimur· ſicut piſcis ante cap=
turam in rethe ducitur· Cum autem inducitur
capitur et tenetur· tunc impletur quod iacobus
apoſtolus ait· Temptatur autem vnuſquiſqʒ a
concupiſcentia ſua mala abſtractus et illectus
Deinde concupiſcentia cum conceperit· parit pec=
catum· peccatum vero cum conſumatum fuerit
generat mortē· Verum cum idem apoſtolus di=
cat quia deus eſt intemptator maloꝝ· Quid ē
quod petimus ne deus nos inducat in temtatio
nem· Sed dicendum eſt ꝙ deus quodammodo
temptat· et quodammodo non temptat· temptat
vt probet· Iuxta illud· Proba me deus et tēpta
me· non temptat vt fallat· Iuxta illud· Deus ne
minem temptat· Petimus ergo· ne nos deus in
temptatōnem inducat· ideſt ne permittat induci·
quia ſicut dicitur· Non eſt malum in ciuitate
quod deus non faciat· ideſt quod fieri non per=
mittat· Scriptum eſt enim· Fidelis deus qui non
patitur vos temptari ſupra id quod poteſtis· q̄n
dicamus· da nobis ſpiritum pietatis et manſue
tudinem ſpiritus ſue· vt per ſpiritum pietatis vi
camus temptatōnem exercendo nos pietatem·
et per manſuetudinem ſpiritus vincamus iram
non reddendo malum pro malo· Vincamus etiā
inuidiaʒ que opponitur pietati· vt ita poſſideam⁹
terram viuentium· quam per ſpiritum pietatis ⁊
per manſuetudinem ſpiritus obtinebim⁹· Nam
pietas promiſſionem habet vite que nunc eſt et
future· Et beati mites· q̄m ipſi terrā poſſidebunt
Vnde p̄s· Manſueti poſſidebant terram· et dele=
ctabuntur in multitudine pacis· Dimitte nobis
debita noſtra ⁊c̄· Debita dicuntur peccata· que
nos debitores pene conſtituunt· Non enim hic
agitur de debitis penitenciarum ſed offenſaruʒ
Tria autem ſunt debita· que petimus nobis di=
mitti ſcʒ peccatum in deum patrem ⁊ proximuʒ
et peccatum in nos· Vnde peccauimus cum pa=
tribus noſtris iniuſte egimus· iniquitatem feci
mus· Peccauimus cum patribus noſtris in de=
um iniuſte egimus in proximum· iniquitatem fe
cimus in noſipſos· Et quia peccauimus in deū·

Ideo petimus vt ipſe dimittat n·d·n· quia pecca
uimus in nos·ido petimus vt dimittat nobis de
bita noſtra·q: pecauimus in proximum·i·Sicut
et nos dimittimus debitoribus noſtris·Hoc pa
cto ergo ⁊ ea cōditōne nobis dimittunt̄· ſi nos
debitoribus dimittamus·alioquin etiam dimiſ=
ſa reuocantur in debitum·Secundum illud euā=
gelium·Serue nequam omne debitum dimiſi ti=
bi·quoniam rogaſti me·Nonne ergo oportuit ⁊
te miſereri conſeruo tuo·ſicut et ego miſert9 ſu
tui·⁊ iratus dominus eius tradidit eum torto=
ribus·quoaduſqꝫ redderet vniuerſum debitum·
ſic ⁊ pater meus celeſtis faciet vobis ſi nō dimi
ſeritis vnuſquiſqꝫ fratri ſuo de cordib9 veſtris·
Vt ergo dominus euidenter oſtenderet·ꝙ nul=
lus eſt tocius oratōnis fructus·niſi debitorib9
dimittamus·in fine eiuſdem euangelij ſubiūxit·
ad omnia·Si dimiſeritis hominibus peccata eo
rum dimittet vobis pater veſter celeſtis pecca=
ta veſtra· Si autē non dimiſeritis hominib9 pec
cata eorū· nec pater veſter dimittet vobis pec
cata veſtra· His ergo qui debitoribus non di=
mittunt hec oratō non prodeſſe videtur quinmo
videtur obeſſe·Nā qui ſic petit ſibi dimitti ſicut
debitoribus ſuis ipſe dimittit·profecto ſi non di
mittit ipſe debitoribus·videt̄ petere·vt ſibi non
dimittatur·Sed queritur quid teneat̄ ille dimitte
re qui nec ſatiſfacere vult·nec veniam poſtula=
re·Sane diſtinguendum eſt inter perfectum et
imperfectum·Is qui viam perfectōnis arripuit
debet etiā non petenti veniam omnimode indul
gere· Vnde in canone Innocencij legitur· Falſa
eſt penitencia· ſi penitens offenſo non ſatiſfacit·
aut ſi offendenti offenſus nō indulgeat·Qui ve=
ro nondum perfectōnis votum aſſumpſit· tene=
tur quidem ratōnem cordis deponere ·ſed nō te
netur ſatiſfactōnem debitam condonare· Vnde
in canone Fabiani ita canitur·Si quis contriſta=
tus reconciliari noluerit fratri ſuo ſatiſfaciente
eo qui contriſtauit acerrimis maceretur medijs
vſqꝫ dum gratanti animo ſatiſfactōnem recipi=
at· Quamq̄m omnes vniuerſaliter teneamur di
ligere inimicos noſtros benefacere his qui ode
runt nos·⁊ orare pro perſequentibus ⁊ calum=
niantibus nos·Quia vero ſunt culpe in quibus
culpa eſt relaxare vindictā· ⁊ ſi peccatū in nos
teneamur dimittere·peccatum tamen in deum ⁊
peccatum in proximum debemus punire·Quiſ
quis ergo laborans odio vel inuidia grauat̄ ma
gis hac oratōne q̄m iuuetur· niſi forte iam pro
poſitum habeat dimittendi· Verumtamen nō in
ſua quiſqꝫ ſed in tocius eccleſie videtur perſona
orare· Vnde non dicit dimitte mihi debita mea·
ſicut ⁊ ego dimitto debitoribus meis· ſed dicit·
dimitte nobis debita noſtra· ſicut ⁊ nos dimitti
mus debitoribus noſtris· Quidam etiam volūt
illud ita intelligi·dimitte nobis ⁊c̄·id ē ſic dimit=
te nobis debita noſtra vt ⁊ nos dimittimus de=
bitoribus noſtris·quaſi diceret· Da nobis donū
ſcienciam luctum ⁊ virtutem· quaten9 tā noſtra
q̄m aliená peccata cognoſcamus ⁊ defleamus·
vt nobis debita noſtra dimittas· ⁊ ſic conſola=
tōnem habebimus aduerſus inuidiā· que facit
hominem dolere de alieno bono· ⁊ aduerſus irā
que eſt contraria ſciencie· quia ira impedit ani=
mum ne poſſit cernere verum·Per ſcienciam eīn
et luctum in preſenti remiſſionem accipimus· et
in futuro conſolatōnē habebimus·Iuxta quod
legitur·A delicto meo munda me· quoniam ini
quitatem meam ego cognoſco·Et beati qui lu=
gent quoniam ipſi conſolabūtur·Panem noſtrū
quotidianum ⁊c̄·In euāgelio Iohannis·Domi
ne ſemper da nobis panem hunc · Panis autem
grece interpretatur latine omnis·Vnde oram9
et omnipotens pater omnem victum ſpiritualē
et carnalem omni tempore nobis largire digne
tur·Quinqꝫ autem panes ſunt nobis neceſſarij·
In via quatuor ⁊ quintus in patria · Corpora=
lis ad ſuſtentatōnem ·Spiritualis ad informatō
nem· Doctrinalis ad eruditōnē· Sacramentalis
ad expiatōnem·et eternalis ad fruitōnē·De pri=
mo legitur·Non in ſolo panē viuit homo· De ſe
cundo· Amice accomoda mihi tres panes· De
tercō Venite comedite panem meum·De quar
to · Qui panem domini manducat indigne reus
erit corporis domini·De quinto·Ego ſum panis
vite viuus qui de celo deſcendi· Poſtq̄m eīn fue
runt hominū peccata dimiſſa· neceſſarius eſt ei
ſpiritus fortitudinis vt premiſſum eſt·ido dicit
Panem noſtrum quotidianum· id eſt nobis quo
tidie neceſſarium · alioquin quod noſtrum eſſet
nobis dare nō poſſet· niſi prius deſineret eſſe no
ſtrum·Da nobis hodie·quaſi diceret· Da nobis
ſpiritum fortitudinis qui multiplici pane robo=
rat animam· ne deficiamus in preſenti eſuriēdo
iuſticiam·per quam expellentes accidiam ⁊ tedi
um de bono plena iuſticia ſaturabimur in futu=
ro·ſcd̄m illud·Beati qui eſuriunt ⁊ ſiciunt iuſti=
ciam·quoniam ipſi ſaturabuntur·Matheus di=
cit· Panem noſtrum ſuperſubſtancialem· quod
duobus modis poteſt intelligi·vel vt vna ſit di=
ctio·Da nobis panem noſtrum ſuperſubſtancia
lem·id eſt chriſtum qui eſt ſuperſubſtancialis id
eſt ſuper omnem ſubſtanciam· ſcilicet creatam·
qui panis ē in altari Vel vt ſint due dictōes·q̄ſi
da nobis panem noſtrum · id eſt chriſtum qui ē
proprius cibus fidelium·⁊ hoc ſuper panem·id ē
preter panem ſubſtancialem· id eſt neceſſarium
ad ſuſtentatōnē· quaſi diceret·Da nobis vtrūqꝫ
panem ſcꝫ mentis ⁊ corporis·Lucas dicit·Panē
noſtrum quotidianum· quod tam de corporali·
q̄m de ſacramentali pane poteſt intelligi videli=
cet de viatico· Grecus habet epynſion quod in=
terpretatur ſuperſubſtancialem·Ebreus vero ſe
gola·quod interpretatur egregium vel peculi=
arem·Ob hoc forte Lucas vidēs matheū dixiſſe
ſegola·quod ſonat peculiarem dixit quotidianū
Grecus autē interpres mathei· quia vidit eum
dixiſſe ſegola quod ſonat egregium dixit epin
ſionem id eſt ſupſubſtācialem·Fiat volūtas tua·

Hoc rogamus · vt quomodo angeli vel omnes
ſancti inculpabiles deo ſeruiūt · ita ⁊ nos abſqꝫ
graui peccato illi ſeruiamus in terra · Volūtas
dei dupliciter itelligitur · ſcꝫ ⁊ beneplacitum dei
eternum · ⁊ ſignum beneplaciti temporal' · Bene=
placitum dei eternum ſemper impletur · Vnde et
voluntati eius quis reſiſtet · Et omnia quecūqꝫ
voluit dominus fecit · Signa beneplaciti tempo=
ralis ſūt quinqꝫ · preceptio · prohibitio · permiſſio
conſilium · ⁊ operatio · Vnde Magna opera domi
exquiſita in omnes volūtates eius · Hec nō ſem
per implentur · ſed vt impleantur oratur · Vnde
dicitur · fiat voluntas tua · id eſt opere compleāt
quod precipis · quod conſulis · quod ſuades · qꝛ
nō ſufficit voluntas niſi aſſit facultas · Sicut in
celo ⁊ in terra · id eſt illi qui ſunt in celo volun=
tatem eius faciunt · ſic ⁊ nos in terra faciamus ·
Vel ſicut in celo ⁊ in terra · id eſt ſicut in angel'
ita ⁊ in hominibus · vel ſicut in profectis · ita et
in conuerſis · vel ſicut in chriſto ita ⁊ in eccleſia ·
vel ſicut in mente · ita parlter ⁊ in carne · vt caro
non concupiſcat aduerſus ſpūm · ſecundum illď
Cor meum ⁊ caro mea exultauerunt in deū vi=
uum · quaſi · d · Da nob ſpūm conſilij vt faciamus
voluntatem tuam maxime miſericordiaꝫ que pe=
rimit auariciam · quatenus miſericordiam conſe
quamur · ſcđm illud · Beati miſericordes · quoniā
miſericordiam conſequentur Sicut eīn auaricia
cōſiſtit in acquirendo ⁊ retinendo · ita miſericor=
dia conſiſtit in dando et dimittendo · Huius per=
ficionis ⁊ aliarū duaꝝ impletō inchoatur in via
et conſumatur in patria · vbi nil velle poterimꝰ ·
niſi quod deum velle ſciemus · tunc diligemus de
um ex toto corde · ⁊ ex tota mente · ⁊ ex tota ani
ma · Et ex corde id eſt intellectu diligimus filiū
toto id eſt ſine errore · Ex mente · id eſt memoria
diligimus patrem · tota · id eſt ſine obliuione · Ex
anima · id eſt voluntate diligimus ſpiritumſan=
ctum · tota id eſt ſine contrarietate patrem potē
ciam filium ſapienciam · ſpiritumſanctum bonita
tem · Adueniat regnum tuum · Hoc rogamꝰ
vt ſemper xp̄s regnet in nobis ⁊ non peccatum
vt nos paratos inueniat quando animam a cor
pore iubebit exire · Regnum autem dei dicitur et
militans eccleſia · quia regitur · ⁊ triumphās ec
cleſia quia regnat · Item regnū dei dicitur a gra
cia fidei ⁊ gloria ſpei · Rurſus regnum dei dicit̄
et intellectꝰ ſcripture ⁊ locus patrie · De regno
militantis eccleſie ſcriptum eſt · Exibunt angeli
meſſores ⁊ colligent de regno eius omnia ſcan
dala · De regno triumphantis eccleſie reperit̄ ·
Veniēt ⁊ recumbent cum Abraham yſaac ⁊ ia
cob in regno celorum · De regno fidei dicit ſcrip
tura · Regnum dei intra vos eſt · De regno ſpei
ait dominus · Precipite regnum · quod vobis pa=
ratum eſt ab origine mundi · De regno ſcriptu
re legitur · Auferetur a vobis regnum dei · ⁊ da
bitur genti facienti fructus eius · De regno pa=
tris reperitur · Fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno
patris eorum · Sed etiā ipſe xp̄us dicitur regnū
dei · ſcđm illud · Si ego i digito deī eicio demō nia
profecto venit in vos regnum dei · Adueniat i=
gitur regnum tuum · id eſt adueniat regnum ad
regnum militans videlicet ad triumphans · Vel
regnum tuum adueniat · id eſt ad videndum te
veniat · vt regnum fidei ad regnū tranſeat ſpei
quoniam hec eſt vita eterna · vt cognoſcamꝰ te
ſolum · verum deum ⁊ quem miſiſti ihe ſum xp̄m ·
quaſi diceret · Da nobis ſpiritum intellectꝰ · quo
mundati corde intelligamus te in preſēti regna
re per fidem · vt in futuro videamus te regnan=
tem in nobis per ſpem · Tunc cognoſcemus ſi=
cut ⁊ cogniti ſumus · videntes nunc quaſi p ſpe
culum in enigmate · ſed tunc facie ad faciem eū
videbimus deum deorum in ſion · Quod eſt con=
tra gulam · De qua propheta · Vinum inquit et
ebrietas aufert cor · Per intellectum eīn deſinit
homo carnaliter viuere · Vnde Hier · Ama ſcien
ciam ſcripturarum ⁊ carnis vicia non amabis ·
¶ Sanctificetur nomen tuum · Hoc rogamꝰ vt
nos ſancti ſimus ⁊ iuſti · ⁊ recedamus a malo et
ſemper faciamus bonum · Et nota ꝙ nomen pa=
tris quatuor modis ſanctificatur in filijs · duo=
bus in via ⁊ duobus in patria · In via per efficiē
ciam ⁊ perſeueranciam · In patria per conſuma=
tōnem et effectōnē · In via namqꝫ nomen patris
ſanctificatur in filijs quando ſanctificatōnis ef
fectum operatur in eis · Vel quando ſanctifica=
tio quam acceperunt in nomine patris · perſeue
rat in illis · In patria vero nomen patris ſancti=
ficatur in filijs · quia ſanxitur ⁊ confirmatur in
eis · vt nunq̄m poſſint a filiatōnis gracia ſepari ·
hic eſt quaſi mobile nomen patris in filijs · Nam
et iudas quandoqꝫ fuit filius · quandoqꝫ nō fuit ·
Pro qua poſſibilitate mouendi dixit apoſtol' · Ca
ſtigo corpus meum ⁊ in ſeruitatem redigo · ne
forte cum alijs predicauerim ipſe reprobus effi
ciar · Ibiqꝫ nomen patris ſanctificatur in filijs ·
quia ibi tales ſūt filij in quibus pater ſanctꝰ ap
paret · tunc erūt manifeſti qui nunc ſunt occulti
ſcđm illud · Nos inſenſati vitam illorum eſtima=
uimus · inſaniam ⁊ finē illorū ſine honore · ⁊ ec=
ce quō cōputati inter filios dei ⁊ inter · ſ · ſ · illorū
eſt · Dicit ergo ſanctificet̄ nomē tuū · q · d · Da no
bis ſpm̄ ſapiencie · ꝑut dicit̄ a ſapore id ē iocundi
tatem eternam vt guſtemꝰ q̄m ſuauis ē dominꝰ
generās in nobis pacē · i · motuū interiorꝫ quie=
tem vt caro noſtra nō ɔcupiſcat aduerſus ſpm̄
qꝛ nō ēſt pax oſſibus meis a facie pctōꝝ meoꝝ
vt ita ſanctificetur nomē tuum · i · pater in filijs
quatenus in preſenti difficile · i futuro nequaq̄ꝫ
a filiatōnis gr̄a ſeparent̄ · Quod eſt manifeſte
contra luxuriam · qua qui laborat non iocundat̄
in deo · pacem mentis nō habet filius dei non eſt
ſed iumento aſſimilatur · quia quaſi iumentum in
ſuo ſtercore ɔputreſcit · guſtato eīn ſpiritu deſi
pit omnis caro · In fine dominice oratōnis ponit̄
amen quod ad omnes petitōnes refertur · Ebre=
us aūt ponit in fine vnum ex hijs tribus · amen ·
ſela · ſalem · que ſonant vere ſemp pacē · De amen

dictum eſt ſub titulo. de ſalutatõne ad populũ. Licet autem amen quandoqꝫ affectum optantis exprimat hic tamẽ ↄcluſionis affirmatõnẽ oſtẽdit. Unde glo. Math. vj. amen ſignificat in his omnibus petitõnibus indubitanter a domĩo tribui quod petit̃. ſi vltime cõditõnis pactũ ſeruauerimus. Unde ſubdit ſi dimiſeritis ⁊c̃. Et ideo amen hic nõ a populo. vel clero. ſed a ſacerdote profertur Cum eñ ipſe ſit mediator inter deum et hominem. qꝛ eius eſt vota populi deo offerre. et ipſius voluntatem populo renũciare. ſicut legit̃ Exo. xix. Magis congruit illud a ſacerdote proferri. a quo ↄuenit petita a domino fuiſſe cõceſſa affirmari q̃ꝫ a populo cui h9 renũciatõ ipſo mediante fieri debet. In alijs vero oratõnib9 q̃ in officiõ eccleſiaſtico dicunt̃. Amen pocius exprimit affectum optantis. q̃m ↄcluſionem affirmantis. ideoqꝫ in illis congrue ꝓfert̃ a populo. a quo optatur qđ illis a ſacerdote orante poſtulatur. Profert tamen hic ſacerdos amen ſub ſilẽcio. Primo in ſignum ꝙ dominus vult orantes latere ꝙ a domino exauditi ſint ne poſt modũ tepeſcant Secundo. qꝛ ſi alte ꝓferret amen quo affirmat̃ oratõnem dominicã exauditam eſſe iudicari poſſet ꝓſumptõ ⁊ q̃dã oſtentatõ ſacerdotis.

Tercia pars miſſe de ſilencio poſt dominicam orationem.

TErcia pars miſſe incipit in hac oratione. Libera nos q̃s domĩe. ⁊c̃. Que oratio dicit̃ embolismus vl' ſuperexcreſcẽcia. eo ꝙ nihil in ea petitur quod in ꝑcedenti dominica oratõne petitũ nõ fuerit. nec tamen ſuperfluit. q̃m eſt repeticõ ⁊ expoſitõ nouiſſime petitõnis illius. Illa enim dicit. Libera nos a malo. iſta dicit. Libera nos q̃s. ⁊c̃. Et ſubdit. a quibus malis ſcꝫ pñtibus. preteritis ⁊ futuris. Et ſubdit̃ etiam tranſitus ad oratõnem ꝓ pace. ibi. Intercedete beata. ⁊c̃. Vel dicit̃ ſuperexcreſcẽcia. quia in primitiua eccleſia multo tempore dicta non fuit. Et nota ꝙ duplex eſt embolismus. vicꝫ quotidianus ⁊ annuus. Quotidianus ẽ hec oratio. Cum eñ amen ſit finis dominice oratõis et illud reſeruatur ſacerdoti a clero dicente. Sꝫ libera nos a malo vt premiſſum eſt. patet ꝙ hec oratio intelligitur embolismus non ſolum quotidianus. verũ etiam dominice oratõnis. Embolismus etiam quotidianus ſunt ꝓfatõnes. vt vere dignum. ⁊c̃. Et cõmunicantes. ⁊ hanc igitur oblationem ⁊c̃. Te igitur clementiſſime pater Annuus vero embolism9 eſt ↄſecratõ olei infirmorum. De qua dicetur in ſexta parte ſub titulo. de cena domini ⁊ benedictõ vuaꝝ ⁊ agni paſcalis ⁊ hmõi. ⁊ etiã frugũ ⁊ fabarũ primarũ. q̃ ex inſtitutõne eutbiciani pape ſup altare benedicunt̃. Embolismo finito nõ cõcludit̃ Per dñm hec eñ eſt embolismorũ ⁊ ꝓfatõnum ↄſuetudo. ſꝫ ei cõtinuat̃ oratõ Da ꝓpicius pacem ⁊c̃. Da pacem inq̃m pectoris vt ſim9 a peccato liberi. Da pacẽ tpis vt ſimus ab omni perturbatõne ſecuri Nocet eñ infirmis perturbatio. ⁊ ecce q̃m ↄpte enodatur. a quibus malis erui deprecemur Hec autem oratio. libera nos ⁊c̃. ſub ſilencio dicitur prout dictum eſt ſub ti. de pater noſter. ſup verbo Oremus preceptis. quod ſilencium ſignificat ſabbatum quo corpus domini in ſepulcro quieuit. Tunc eñ nullus fidem predicauit. Unde Luca teſtante. Mulieres que parauerant vngẽta ſabbato quidem ſiluerunt ſcďm mandatũ legis xp̄us tamẽ nõ ſiluit ymo ipſe qui ſcďꝫ carnem in ſepulcro quieuit ſcďm animã deſcendit ad inferos. vt forcior ſuperueniens ſuparet fortẽ armatũ. ad quod ſignificãdũ eccleſia romana dicit ipſam oratõnem alta voce in die paraſceue. Et mediolaneñ ſemꝑ. ⁊ tunc momordit infernum ducens ſuos vinctos de lacu vbi non erat aqua. liberans eos de malis preteritis pñſentibus ⁊ futuris. ⁊ dans eis perpetuam pacem in qua ſunt ſemꝑ. ⁊ a peccato liberi ⁊ ab omni ꝑturbatione ſecuri. Unde de hoc lacũ liberari ſe ⁊ totam eccleſiam. orat preſbiter. d. Libera nos ⁊c̃. Et quia nos indigni ſumus veniam de preteritis. ⁊ de ꝑſentibus atqꝫ futuris cautelã ꝓmereri. niſi nob̃ donet̃ oratõne beate virginis. ⁊ beatoꝝ petri et pauli atqꝫ andree. ⁊ alioꝝ ſãctoꝝ. Ideo hic eos in noſtrũ patrocĩniũ inuocamus. Ad impetrãdã ergo pacis graciã importat̃ mater ſalomonis id ẽ viri pacifici. ⁊ michael nuncius pacis. ⁊ baptiſta preco pacis. ⁊ tres apoſtoli teſtes pacis et nõ plures. qꝛ i ore duoꝝ vel triũ teſtiũ ſtat omne verbum. Primus ergo orauimus vt liberaremur a malis. nunc vero pro pacẽ oramus. Rurſus licet omnes apoſtoli ſuperius fuerũt ꝓpt̃ autoritatem apoſtolatus ↄnumerati. in hac tamẽ oratõne que triduũ quo dominus in ſepulcro iacuit deſignat tres repetunt̃. ⁊. ſpãliter iſti tres. ꝓpter aliquas eoꝝ ꝓrogatiuãs. vicꝫ ꝓpter priuilegiũ ꝓrogatiue dignitatis quo ad petrũ. ꝓpt̃ priuilegiũ ꝑdicatõnis. ⁊ immenſi laboris quo ad paulũ. ⁊ ꝓpter priuilegiũ nimiũ cõcupite crucifixionis quo ad andream. Adhuc in hac oratione eſt intentõ. inuocare non ſolum apoſtolos verum etiam omnes ſanctos. qui per triplicem ſtatum diſtinguũtur. ſicut ⁊ omnes qui ſunt in militante eccleſia. aut eñ fuerunt vel ſunt in ſtatu cõiugali. qui per petrum. aut in ſtatu cõtinencie et viduali. qui per andream. qui ſcďm Criſo. creditur in viduali ſtatu fuiſſe. aut in ſtatu virginali. qui per paulum deſignatur. ad quem ſtatum etiam angeli reducunt̃. quia virginitas ſoror eſt angeloꝝ. ⁊ de beata maria etiam fit mẽtio tanq̃m de porta miſericordie. Poſtremo nota. ꝙ poſt ſecretam tria dicuntur ad miſteriũ cõſecratõnis corporis domini perficiendi videlicet Preceptis ſalutaribus. ⁊ oratio dominica. ⁊ hec oratio. Libera nos q̃s. ⁊ hoc propter tres dies. quibus domini corp9 iacuit in ſepulcro. ſiue propter triplicem legem. ſcilicet naturalem. moſaycam. et euangelicam.

De reſumptione patenē·

Quia poſt paſſionis triſticiam ad reſurre
ctionis gaudium peruenitur· Iuxta illō
Ad veſperum demorabitur fletus· et ad
matutinum leticia· ideo ſubdiaconus interea dū
chorus reſpondet· Sed libera nos a malo· acce=
dens ad diaconum tradit illi patenam inuolutā
Diaconus vero illam recipiens eam reuelat· et
reuelatam repreſentat ⁊ tradit ſacerdoti oſculā
do illiꝰ manum aut humerum dextrum· Sacer
dos vero cum ea ſignum crucis ſancte ſibi facit
in facie ⁊ eum poſtmodum oſculatur· Hij quidē
tam numero ꝙ̃ obſequio ſanctas illas mulieres
ſignificant· De quibus narrat Euangeliſta ma
theus· Et veſpere ſabbati· que luceſcit i prima ſab
bati venit maria magdalena ⁊ altera maria· vi=
dere ſepulcrum· preſentantes patenam· id ē cor
patens longitudine caritatis in obſequiū ſepul
ture· Iuxta quod legitr· ꝙ mulieres emerunt a=
romata vt venientes vngerent iheſum· Et valde
mane vna ſabbatoꝝ veniunt ad monumentum·
ortu iam ſole· ⁊ dicebant ad inuicem· quis reuol
uet nobis lapidē ab oſtio monumenti· Acceſſus
igitur diaconi qui marias ſignificat in tradēdo
patenam· ſignificat illud ꝙ marie venerunt vide
re ſepulcrum ⁊ reſurrectōnem xp̄i late creden=
tes· eam apoſtolis nunciauerunt· qui demum do
mino ſue fidei latitudinem obtulerunt ⁊ ideo de
manu diaconi patenam· ideſt latitudinem carita
tis accipit ſacerdos· id eſt xp̄us acceptat· Vel per
ſubdiaconum intelligitur nicodemus· qui etiam
late credidit ⁊ obſequium exhibuit ſaluatori·
Qꝫ vero patena prius inuoluta· de hinc reuela=
ta ab altare deportatur· Hic eſt moyſes de fitel
la ad regiam pro ductus domum· Exodi· ij· Lex
quidem que latuit· ſed cognitis miſterijs ac ec=
cleſia exaltata ad xp̄um aſcendere de egipto do
cens· Qꝫ vero ſacerdos ſuper patenam ſibi a mi
niſtris oblatam ſignum crucis facit repſentat il
lud quod in Matheo legitur· quia principes ſa
cerdotum et phariſei ſignauerunt lapidem cum
cuſtodibus· ſed nec ratio iſta· nec ſignum crucis
neceſſitatis ſunt· Item ꝙ patenam oblatam reci
pit ſignificat ꝙ xp̄s omnes ad ſe ex caritate re=
deuntes cum deſiderio recipit· quod etiam ex eo
patet· ꝙ ſtatim marie perſeueranti ⁊ alijs cōpa=
ruit· De hoc etiam dictum eſt ſub titulo· de obla
tione ſacerdotis Poſt traditam diacono patenā
ſubdiaconus manipulam qua patenaꝫ tenuerat
inuolutam· plicatam· non ſuper pallas altaris·
ſed alibi deponit· in quo ſignificatur illud quod
legitur· Ioh· xx· c· quia petrus in monumentum
intrans vidit ſudarium· quod ſuper caput criſti
fuerat non cum linteaminibꝰ poſitum· ſed ſepa
tum in vnum locum inuolutum· Diaconus autē
manum ſeu humerum dextrum ſacerdotis oſcu=
latur· ad notandum ꝙ ipſe vult eſſe ſociꝰ in paſ
ſione· vt ſocius ſit in regno· ſcd̄m ꝙ dicit apoſto
lus· Si compatimur cōregnabimus· Rurſus ꝙ
oſculatur dextrū illius humerū· ſignificat ꝙ
deum hic videre non poſſumus niſi per ſpeculum
et in enigmate· in futuro vero videbimus eum ſi
cuti eſt· Quia vero crucifixus ardenti deſiderio
querebatur· Iuxta quod angelus inquit mulie=
ribus· Scio quia iheſum queritis crucifixū· Id=
circo cum patena ſignificatur crux i facie ſacer
dotis· in qua maxime vires anime vigent· et vt
hoc ſigno munitus poſſit dei ſeruicium ſine impe=
dimento conſumare· Statimqꝫ ſacerdos oſculat
patenam· oſtendens ꝙ xp̄us confeſtim impleuit
deſiderium mulierum· Mox enim occurrit ill' di
cens Auete que procidentes tenuerunt pedes
eius ⁊ adorauerūt· Nec eſt dubium quin pedes
eius fuerunt oſculati· De hoc ſub titulo de oſcu
lo pacis dicetur· Oſculatur etiam patenaꝫ· quaſi
petens a deo pacem corporis ⁊ anime· Orandum
eſt enī pro pace· quod fit ſpecialir in quibuſdaꝫ
eccleſijs· oſculum enim huius caritatem ſignifi
cat· prout dicetr ibidem· Rurſus ideo ſe ſignat
cum patena· ⁊ oſculatur poſt illam· ad notandū
ꝙ ſi per paſſionem filij reconciliamur deo patri
erimus ⁊ heredes regni celeſtis· Vel ſignū cru
cis cum oſculo ſignificat gloriatōnem xp̄i i cru
ce cum caritate· Quidam etiam cūm patena ſe ſi
gnant ante pectus· per quod ſignificatur ſince=
ra affectio· que per partes corporis ⁊ cordis in
ſacra ſcriptura ſignificatur· Quidam autē priꝰ
oſculantur patenaꝫ· cum dicunt Da propiciꝰ pa
cem· ⁊ poſtea cū oſculata patena in vltima clau=
ſula· ſcilicet Ab omni perturbatōne ſecuri ſe ſi=
gnant· quia per crucem ⁊ hoc ſacrificium ⁊ odo
rem eiꝰ omnia in celis ⁊ in terris pacificata de
nunciant· Quidam quoqꝫ conſequenter oſculā
tur ſummitatem ⁊ pedem calicis· quod oſculum
pretendit intimum affectum· ad monumentum
ſeu ſepulturaꝫ xp̄i· exemplo magdalene· que af
fectu ſtabat ad monumentum foris plorans· vt
dicitur in Iohāne· Oſculum quoqꝫ pedis calicis
ſignificat oſculum pedum xp̄i· de quo iam dictū
eſt· Aliqui etiam cum patena ſummitatem latꝰ
et pedem calicis tangunt· quod ſimiliter ex affe
ctu intimo faciunt· quaſi totum monumētū am=
plectentes· quod per calicem ⁊ patenam repreſē
tatūr· hoc enim proprium eſt feruenter amanciū·
ꝙ non ſaciantur dilectum ex omni parte corpis
ſui tangere· ⁊ etiam res dilecti· quod maxie oſtē
dit magdalena· que a monumēto non recedebat
Tactus quoqꝫ cum patena in ſummitate ⁊ la=
tere ⁊ pede calicis· ſignificat tres cruciatus dn̄i
ſcꝫ in capite· in latere ⁊ in pedibus·

Finita oratione premiſſa· ſcꝫ Libera nos a
malo ⁊c̄· ⁊ reſumpta patena diaconꝰ co
operit calicem· inde remouens corporale
et ſuper calicem ſedulo intuetur Deinde
ſacerdos intendens hoſtiam frangere· ipſam de
altari leuat· et ſuper patenam collocat· Vnde
tollens eam ſuper calicem· per medium frangit
dicens· Per eūdem dn̄m noſtrū· Et in quibuſdaꝫ

eccleſijs partem que poſt fractōnem in dextra manu remanſit ponit ſuper patenā dicendo. Qui viuit ⁊c̄. Partem vero que in ſiniſtra remanſit, iterum per medium frangit. ⁊ particulam q̄ pꝰ ſubdiuiſionem in ſiniſtra manu remanſit. cōiungit parti prius ſuper patenam poſite dicendo. In vnitate ſ. ſ. ⁊c̄. Alteram vero particulam i dextra remanentem tenet ſuper os calicis cum duobus digitis. ſcꝫ cum pollice ⁊ indice ⁊ erecto calice ſimul. ⁊ ipſa particula parum cum ambabꝰ manibus eleuatis. alta voce dicit. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Quo dicto calicem ſimul cum hoſtia deponit proferens. Pax domini ſit ſemp vobiſcum ⁊ hoc dicendo producit ter ſignū crucis ſuper calicem cum dicta hoſtie particula Deinđ emittit particulam illam in calice dicens Fiat cōmixtio corporis. ⁊c̄. ⁊ poſtea per epum daẗ benedictio ſolennis. De ſingulis igitur eſt vidēdū. et primo quare diaconus diſcooperit calicem. et in eum diſcoopertum intuetur. Circa quod dicēdum eſt. ꝙ os calicis in hoc loco oſtium ſignificat monumenti. de quo diaconꝰ corporale remouet ⁊ in eum ſedulo intuetur. ſignificans ꝙ angelus domini lapidem ab oſtio monumēti reuoluit. ⁊ lintheamen amouit. ⁊ in ſepulcro diligenter aſpexit. Secundo videndum eſt quare ſacerdos hoſtiam ſuper patenam locat ⁊ inde eam tollens ſuper calicem frangit. Circā quod dicendū eſt. ꝙ per calicem xp̄i paſſio vel etiam eterne beatitudinis fruitō deſignatur. Unde pſ. Et calix meus inebrians q̄m preclarus eſt. Et iterꝫ. Inebriabuntur ab vbertate domus tue. ⁊c̄. Per patene rotunditatem bonoꝝ operꝝ perfectō ſignificatur. Sacerdos ergo volens hoſtiam frangere primo eam ſuper patenam locat. vt inde illaꝫ tollens ſuper calicem frangat. ad ſignificanduꝫ ꝙ nemo paſſionibus huius mundi meritorie valet exponi. vel etiam ad eterne beatitudinis fruitōeꝫ admitti. niſi prius in bonoꝝ operū perfectōe fuerit ſolidatus. Unde Apoſtolus ad Ephe. vj accipite armaturā dei vt poſſitis reſiſtere in die mala. ⁊ in omnibus perfecte ſtare. Adhuc patena hoſtie ſupponiẗ ⁊ ſuper calicem frangiẗ. ad ſignificandum ꝙ xp̄us ex latitudine caritatis ꝑ patene diſpoſitōneꝫ ſignificate ſe ſuppoſuit paſſioni. Rurſus ſuper caliceꝫ frangitur ne minucie ſparganẗ. ſꝫ in eius cōcauitate caute recipianẗ. Alibi tamen ſuper patenam hoſtia frangitur vt eſſe panis viuus qui de celo deſcendit fractꝰ ꝑ nobis in ara crucis rememoretur. Alicui q̄ꝫ hoſtia comedenda de altari tollitur. Nam in ve. te. ſacerdos panes propoſitōnis de altari ſublatos comedebat. prout eſt dictum ſub ti. de oblatōne ſacerdotis. Tercō videndū eſt quare hoſtia frāgitur. ⁊ quidem quia in lege videbaẗ ſimulago fruſtratim offerri. Sed ⁊ redemptor noſter benedixit panem ⁊ fregit. fractumq̄ꝫ diſcipulis diſtribuit. Et ido ſacerdos ⁊ legem ⁊ xp̄m ſequēs panem ſacroſanctum in tres ptes partiẗ. vt in fractiōe panis dn̄m agnoſcamꝰ. ſicut ⁊ illi duo diſcipuli dominum cognouerūt. quibus ipſa reſurrectōnis die euntibꝰ in emaus apparuit. Dū eīn ſicut ait pſper hoſtia frāgiẗ. ⁊ ſanguis i ora fidelium infundiẗ ymolatō corporis xp̄i in cruce et effuſio ſanguinis eiꝰ de latere deſignaẗ Quarto quare ꝑ medium hoſtia frangitur. Circa qđ notandum eſt ꝙ in duas medietates frangitur iuxta duplicem p̄deſtinatorum ſtatum. ſcꝫ eterne glorie. ⁊ tempal' miſerie. Ideo vna medietas ſubdiuidiẗ in duas partes. quarum vna eſt ꝑ p̄deſtinatis. qui purgantur in purgatorio. alia ꝑ illis qui adhuc viuūt in hoc mundo caduco. vt infra diceẗ. Quinto quare pars hoſtie poſt fractōnem in manu dextra remanens pocius poniẗ ſuper patenam q̄m que in manu ſiniſtra remāſit. et quidem pars ipſa. que in dextra manu remanſit deſignat predeſtinatos qui iam ſunt in gloria et iam tenent illam inrectitudinem. cui nulla inrectitudo admiſceri poteſt. ⁊ ideo merito in parte dextra tenetur. Altera vero pars deſignat illos predeſtinatos qui adhuc ſunt in tempali miſeria. vbi multa obliqua ⁊ pauca recta inueniūẗ quare merito in ſiniſtra tenetur Illa igitur que eſt in dextra cum diuidenda non ſit vt iam dicetur ſuper patenam ponitur. que vero eſt in ſiniſtra cum diuidenda ſit non deponitur ſed diuidenda retinetur. Sexto quare pars que in ſiniſtra remanſit iterum ſubdiuiditur. Ad quod dicendum eſt. ꝙ illi qui ſunt in gloria vniformem ſtatum tenent. ⁊ vna beatitudine fruūtur. Ideo pars in dextra manu retenta ⁊ ſuper patenā collocata. que illos vt premiſſum eſt ſignat. nō frāgitur. ſed illi qui ſunt in temporali miſeria in ſtatu ⁊ miſeria ſunt diuiſi. Nam alius eſt ſtatus et miſerie eorum qui adhuc viuunt in corpore. Et alius eſt eorū qui purganẗ in purgatorio igne. et ideo pars que in ſiniſtra tenetur illos ſignificans ſubdiuidi debet. Septimo quare particula poſt ſubdiuiſionem remanens in ſiniſtra ꝯiungiẗ parti ſuper patenam prius poſite. Ad qđ dicendum eſt ꝙ ſcđm Augꝰ. deus duas habet manꝰ ſcꝫ dextram qua miſeretur. ⁊ ſiniſtram qua punit. illos qui ſunt in purgatorio. Inquantum ibi purganẗ reſpondet ſola punitō. ⁊ ideo pticula q̄ in ſiniſtra tenetur illos figurat. Hij vero qꝛ adhuc ſunt in preſenti vita. in qua eſt ſtatus merēdi conſequi poſſunt miſericordiam. ⁊ ideo ipi per aliā pticulā q̄ eſt in dextra ſignanẗ. Quia ergo đ hijs que ſunt in purgatorio nullū ē dubiū. ſicut nec de illis qui ſunt in padiſo. q̄ntum ad futuraꝫ gloriam. Ideo merito pticula que erat in ſiniſtra eos deſignans ꝯiungitur parti prius ſup patenā poſite. que illos qui ſūt in paradiſo deſignat. q̄m iſti illis indubitanter ſunt coniungendi. De hoc tamen aliter infra diceẗ. Sed pticula que i dextra remanſit deſignat eos qui ſunt in p̄n̄ti vita. illi pti que ē ſup̄ patenā non cōiungitur. ſꝫ in ſanguinē mittiẗ. qꝛ illi adhuc egent meritis paſſionis chriſti. que merita proceſſerunt ex effuſione ſanguinis agni immaculati. Ex premiſſa autem

duarum parciū ꝯiunctione duō reſultant· quaſi
in modum lune cornua cōnexitatem vtriuſqꝫ te·
in xp̄i paſſione factaꝫ deſignancia· Et illa verſus
calicem dirigenda ſunt q̄ſi ſibi incorꝑent ſangui=
nem ſine quo corpus non eſt· In hac etiam con=
iunctōne repſentatur ꝙ poſtq̄m aliqui tam pre=
ſentibus q̄m futuris preſſuris purgati fuerint
ipſi deo qui eſt noſtra beatitudo perfectiſſima v=
nione iungentur· Octauo quare premiſſe due p
tes extra calicem ſupra patenam reſeruanī· Su
pra quo aiunt quidaꝫ· ꝙ tres partes hoſtie tres
ſtatus beatoꝝ figurant· ſcꝫ qui ſunt in celo qui
in purgatorio· ⁊ qui in mundo verſantur· vt iam
dicetur· Per calicem auteꝫ ſcd̄m aliquem reſpe=
ctum ipſa eterna fruitio vt premiſſum eſt· Quia
ergo tam illi verſantur in hoc ſeculo q̄m illi qui
ſunt in purgatorio nōdum ad illam fruitōnē ad=
miſſi ſunt· Ideo ipſe duē ꝑtes extra calicē reſer=
uantur donec ſumātur· Sed hec rō nō cōcordat
per omnia cum premiſſis· ⁊ ideo alia ratio infe=
rius aſſignatur· Poteſt etiā dici ꝙ due hoſtie p
tes ideo ſuper patenam ponuntur· qm̄ ſi oēs par
tes ſuper os calicis cum ambabus manib9 tene
rentur multa quidem pericula cōtingere poſſēt
de facili eñ poſſet errore pars nō mittenda in ca
licem mitti· Vel ꝓpter manuū tremorem omnes
partes poſſent in calicem cadere· Sacerdos etiā
taliter impeditus nō poſſet que incumbunt libe
re expedire ⁊ ſimilia· Alij tamen omnes partes
ſupra os calicis tenent· ne forte ꝓpter illarū de=
portatōnem ſeu tranſlatōnem aliqua inde ꝑticu
la cadat aut remaneat in patena· de quo etiaꝫ ſb̄
titulo· de cōmunicatōne ſacerdotis dicet· No
nō quare particula que remanſit in dextra ſacer
dos ſupra os calicis tenet· Ad quod dicendū ē·
ꝙ particula ipſa vt premiſſum eſt repn̄tat illos
qui adhuc in corpore viuentes indigent miſeri=
cordia dei ſiue predictis meritis paſſionis criſti
et ſanguinis eius effuſionis ꝓcedentibus· Tene
tur ergo ipſa particula ſup̄ os calicis· reſpectu
directo ad ſanguinem· vt detur intelligi intētio
necnon expectatō ⁊ cōſideratō viuenciū quo ad
merita ⁊ paſſionem xp̄i· Et tenetur cum pollice
per quem vigor virtutis· ⁊ cum indice p quem
mentis diſcretio ſignificaī· ad oſtendendū ꝙ cū
fidei vigore ⁊ mentis diſcretōne hec cōſiderāda
et expectanda ſunt· Vel cum duob9 digitis te=
netur ad deſignandum duplicem naturam· que
fuit in corpore xp̄i· diuinitatem ſcꝫ ⁊ humanita
tem· Et cōiungitur ſanguini· ad oſtendendum ꝙ
qui digne ⁊ cum fide· merita ⁊ paſſionem chriſti
conſiderant ⁊ expectant eius paſſione ⁊ meritis
iuuantur· Decimo quare ſacerdos dictur9· Per
omnia ſecula ſeculorum ſe erigit· Et eſt dicēdū
ꝙ cum ipſe petere velit perpetuam exiſtenciaꝫ do
mini nobiſcum· ⁊ omne datum optimum ⁊ omne
donum perfectum deſurſum ſit· merito ad deum
ſe tunc corpore ⁊ mente erigit ſperans ſe acce=
pturum quod petit· Vndecimo quare verba ipſa
proferens vocem ſuaꝫ exaltat· ⁊ parum calicem

eleuat· Super quō dicendum eſt· ꝙ ſacerdos xp̄i
vicarius hoſtia vt premiſſum eſt fracta mox pa
cem annūciaturus vocem exaltat· vt popul9 pa=
cem deſiderans hoc intelligens dicat amen· ⁊ ca
licem parum ab altari eleuando· oſtendit ꝙ xp̄s
qui per paſſionem· que per calicem deſignaī de=
ſcenderat· eleuatus per reſurrectōnem a mortu=
is· pacem poſtmodum diſcipulis timentibus nū
ciauit dicens eis· pax vobis· Poteſt etiaꝫ dici ꝙ
quemadmodum premiſſum eſt particula que ſu
per os calicis tenetur repreſentet viuentes· cre
dentes ⁊ expectantes iuuari meritis paſſionis ⁊
effuſionis ſanguinis xp̄i· Sed vt credamus duo
Primum ſcꝫ xp̄um verum fuiſſe deum ⁊ ſangui=
nem ⁊ corpus nunq̄m fuiſſe a diuinitate ſepata·
Secundo xp̄um verum fuiſſe hominem· ⁊ corp9
verum ⁊ ſanguinem verum dicta non ꝯſequitū
Propter hoc ergo calicem· ⁊ dictam particulā
parū ſimul eleuat· vt oſtendat ꝙ firmiter credi=
mus primū ⁊ eam ſtatim deponit· vt oſtendat ꝙ
etiam eodem modo credimus ſecundum· Duo=
decimo quare dicta eleuatio ⁊ depoſitio fit cum
vtraqꝫ manu ⁊ nō cum altera tantum· Ad quod
dicendum ꝙ hoc fit vt per hoc detur intelligi ꝙ
ſicut premiſſa duo credit intellectu· ita amat et
appetit affectu ⁊ toto conatu· Fit etiam hoc mō
vt ſecurius ⁊ decencius fiat· Tredecimo· quare
mox d cit alcōri voce· Pax domini ⁊c̄· Et quideꝫ
quia nō ſolum p ſigna· verū etiā per verba reſur
rectōnis eſt gaudiū exprimendū· Ido ſacerdos
per leticiam de reſurrectione habitaꝫ procedens
ſtati depoſito calice alcōri voce dicit· Pax dn̄i ſit
ſemper vobiſcū· repſentās ꝙ vna ſabbatorū ihe
ſus poſtq̄m reſurrexit a mortuis ſtans in medio
diſcipuloꝝ dixit eis· pax vobis· ⁊ iterū pax vob·
Joh· xx· q· d· Do vobis pacem pectoris in via· et
pacem eternitatis in patria· Idem ergo innuit ſa
cerdos dicēs· Pax domini· id eſt pax pectoris ſit
ſemper vobiſcū· id eſt in pn̄ti hic· ⁊ pax eternita
tis in futuro· Hec quidem pax eſt illa que tunc
iuſtis data eſt· quando anima xp̄i deſcendēs in in
fernum· inde omnes fideles eduxit· abſtergens
omnem lacrimam ab oculis eoꝝ vt ampli9 non
ſit eis dolor ſed pax qua cum eo viuant ineternū
vel illa que data eſt corpori xp̄i· qn̄ anima ei9 ad
corpus redijt· vt ſicut nunq̄ꝫ anima turbata eſt
pro corporis morte· ita nec ip̄m corpus vlteri9
de ſua mutatōne turbetur· ſed vtraqꝫ pace frua
tur ⁊ ſemper de eterna beatitudine letetur· Deci
moquarto quare dicendo Pax domi ⁊c̄· facit ſi=
gnum crucis ſup̄ ſanguinē cum dicta hoſtie pti
cula· Ad quod dicendū eſt ꝙ tres cruces ſigni
ficant triduū quo xp̄us fuit in ſepulcro· Vel ꝙ
tres mulieres querebāt xp̄m crucifixū ad oſtiū
monumenti· Vnde illud· Quem queritis viuen=
tem cum mortuis· Quidecimo quare dicto pax
domini ⁊c̄· chorus reſpondet· ⁊ cum ſpū tuo· Et
quid eſt hoc dicendo optat pacem ipſi ſacerdoti·
et petit etiam pacem ſibi dari vt dignus ſit illam
recipere· predicit ter Agnus dei· Verumtamen

pápe celebrãti in ẽcclesia ſancte marie maioris
in vrbe. ⁊ dicenti. pax domini. nil reſpõdet. prout
in ſexta pte ſub ti. de paſca dicetur. Decimoſex-
to quare dicta hoſtie particula immittit̃ in ſan-
guinem. Nempe fit hec omixtio. primo ad notã
dum ꝙ xp̄i corpus nõ fuit ſine ſanguine nec ſan
guis ſine corpore. Secundo ad deſignandum. ꝙ
vnum ſacramentum cõficitur ex ſpecieb9 panis
et vini. Tercõ corporis ⁊ ſanguinis poſt trinũ
crucis ſignum omixtio. eſt anime ad corpus re-
ditio. Omnib9 em̃ in celo ⁊ in terra pacificatis.
virtus trinitatis animã crucifixi reduxit ad car
nem ne derelinqueret animã eius in inferno. nec
daret carnem eius videre corruptõnẽ. Juxta qđ
ipſe dicit in p̄s. Ego dormiui ⁊ ſomnũ cepi et ex-
urrexi. quia dominus ſuſcepit me. ſignificat er-
go vnitatem anime ⁊ carnis. que in reſurrectio
ne chriſti denuo ſunt vnite. Nam vt premiſſum ẽ
panis ad carnem. ⁊ vinum refertur ad ſanguinẽ
quia ſcđz philoſophum. in ſanguine ẽ ſedes ani
me. De hoc etiam ſub titulo de oblatõne dictum
eſt. Decimoſeptimo quando immiſſio ſit faciẽda
et quidem. aliqui infundunt particulam ipſaz in
calicem poſtquam dicunt. Pax domini ⁊c. quo-
niam manifeſtum eſt pacem datam eſſe homini
bus bone voluntatis. per reſurrectõnem quã ver
ba ipſa ſignificant. Alij vero dicto pax domini
⁊c. et dicto etiam prius agnus dei ⁊c. Demũ im
mittunt ipſam in ſanguinem vt eorum oratio ef
ficacior ſit. pro eo ꝙ tenentes eam in manibus.
dum dicunt Agnus dei. oculo corporali ⁊ men
tali reuerenter intuẽtur. Tercij vero eam immit
tũt cum dicũt Dona nobis pacem Cum enim ter
dicatur. Agnus dei. ⁊ in primis duabus vicib9
dicatur miſerere nobis. Jn primo dicitur miſere
re nobis. quantum ad animam que maxime fun
datur in ſanguine. Jn ſecundo quantum ad car-
nem. Patet ꝙ iſta duplex oratio diuiſim dicitur
et ideo illa pars hoſtie. per quam caro ſignifica
tur. ⁊ ſanguis per quem anima intelligitur. nõ
debent coniungi dum illis duabus vicibus dici-
tur. Agnus dei. ſed ſolum in fine tercij Agnus
dei. vbi petitur pax ſcđm vtrũqz. ſcilicet ſcđz cor
pus ⁊ ſcđm animaz. Jpſe em̃ lauit nos a peccatis
in ſanguine ſuo. Quarti rectius ⁊ vſitacius a-
gunt. quoniam dicto Pax domini ⁊c. priuſq̃z di
cant Agnus dei ⁊c. immittunt Certum enim eſt
ꝙ agnus dei poſt ſalutatõnem repreſentat illud
quod dominus fecit poſtq̃m diſcipulos viſitauit
quando videlicet dedit eis poteſtatem dimittẽdi
peccata. ⁊ ideo ſacerdos illud repreſentans poſt
immiſſionem particule hoſtie in ſanguine dicit.
Agnus dei qui tollis peccata mũdi miſerere no
bis. Ad deſignandum ꝙ ſicut ipſe corpus ſãgui
ni coniungit ita nos coniunctos eidem ſanguini
ſeu meritis. ex eius effuſione procedentibus ex
ſua bonitate a peccatis emundet. Et immittendo
dicens verba illa. Fiat cõmixtio corporis ⁊c. que
verba referenda ſũt ad ſpecies panis ⁊ vini. qui
bus corpus chriſti ⁊ ſanguis continetur. Dicit

autem agnus dei calice iam cooperto. ad notan
dum ꝙ chriſtus in domo hoſtijs clauſis dedit a-
poſtolis poteſtatem ipſam dimittẽdi peccata. De
cimooctauo quare fiunt tres partes. Ad quod
dicendum eſt ꝙ frangitur in tres partes. Pri-
mo in memoriam trinitatis. Secundo in memori
am triplicis ſtatus chriſti. Primus fuit cum ho
minibus manens. Secundus fuit mortuus in ſe
pulcro iacens. Tercius eſt immortalis in celo
exiſtens. Tercõ vero in memoriam ⁊ ſignum ꝙ
chriſtus paſſus fuit in triplici parte ſui. ſcilicet
in pedibus in manibus in latere. Quarto in ſi-
gnum ꝙ tres ſunt partes miſtici corporis. Pria
eſt in celo ſiue in patria. ſcz eccleſia triumphãs.
Secunda eſt in terra ſcz eccleſia militans. Ter-
cia eſt in purgatorio. ⁊ hec dicit̃ purgãs Quin
to in typum trium perſonaꝝ euncium in emaus
ſcz chriſti ⁊ cleophe. et vt quidam dicunt luce.
Decimonono quid partes ipſe ſignificant. vidẽ-
dum reſtat. ⁊ quidem. Primo ſcđm Gelaſiũ pa-
pam. pars in calice poſita ſignificat corpus xp̄i
quod de virgine traxit. pars ſicca commeſta ſi
gnificat omnes fideles. pars reſeruata vſqz in
finem miſſe. ſcđz antiquum eccleſie romane mo-
rem pro miniſtris vl' infirmis ſignificat omnes
mortuos. Secundo modo pars in calice poſita ſi
gnificat eccleſiam militantem. pars commeſta
triumphantẽ. pars reſeruata eos qui ſunt i pur
gatorio. Tercõ Sergi9 papa ita dicit. Trifor-
me eſt corpus domini. pars oblate in calice miſ
ſa corpus chriſti quod iam reſurrexit monſtrat
pars a ſacerdote commeſta ambulans adhuc ſu
per terram. pars in altari vſqz ad miſſe finez re
manens corpus xp̄i. Vel ſcđm alios corpus fi-
delium latens in ſepulcro. hec pars remanet in
altari vſqz ad finem miſſe. quia vſqz in finem ſe
culi corpora ſanctorum in ſepulcris erũt. ſed ꝙ
pars vſqz in finem miſſe reſeruetur non eſt i vſu
Quarto etiam modo poteſt hoc miſterium expli
cari. eſt em̃ corp9 chriſti vniuerſalis eccleſia ſcz
caput cum membris. Juxta illđ Apoſtoli. Vn9
panis ⁊ vnum corpus multi ſumus. Et inueniũ
tur in iſto corpore quaſi tres partes ex quibus
totum conſiſtit. vna pars eſt ipſum caput. vide-
licet chriſtus qui caput eſt ⁊ pars corporis Al
tera pars ſunt illi quorum corpora requieſcunt
in tumulis. ⁊ anime que regnant cum chriſto ⁊
ſunt quaſi ſimul iũcte. Hee due partes caput ſcz
ẽt hec corporis pars altera ſicut ſcriptum eſt.
Vbicunqz fuerit corpus. illic congregabuntur
et aquile. propterea in altari ſeu ſuper patenam
due partes coniuncte extra calicem reſeruãtur
quaſi extra paſſionem que per calicem deſignat̃.
Xp̄us enim reſurgens a mortuis iam non morit̃.
mors illi vltra non dominabitur. ⁊ qui cum ip-
ſo ſunt ſancti non eſurient neqz ſicient. amplius
non cadet ſuper illos ſol neqz vllus eſtus quo-
niam priora tranſierunt. Tercia pars in ca-
lice ponitur. ſignificans ſanctos. qui adhuc in
mundo viuunt. paſſiones que paſſuri ſunt donec

de hac vita migrantes ad caput ſuum tranſeant
vbi nec moriantur amplius· nec vllatenus paci
antur· Vnde verſus· Tres partes facte de chri
ſti corpore ſignant· Prima ſuā carnē· ſanctoſqꝫ
ſecunda ſepultos· Tercia viuentes hec ē in ſan
guine tincta· Martirij calicem· guſtant in car=
ne fideles· Quinto modo ſcđꝫ magiſtrū Guill·
antiſiodoreñ· pars que in ſanguinem mittitur· ſi=
gnificat viuos· vna aliarum eos qui ſunt in pur
gatorio · Alia vero illos qui ſunt in paradiſo·
Orat enī eccleſia pro viuis vt in bono conſeruent̄
pro eis qui ſunt in purgatorio· vt cicius liberē=
tur ⁊ purgentur pro eis qui ſunt in celo· vt orēt
pro nobis· Sexto etiam modo ſcđm Auguſtinū
pars in calice mittit̄ vel ponitur pro nō ſanctis
viuentibus· qui voluūtur in ſanguine ⁊ in pec=
catis· Alie vero due pro mortuis offerunt̄· vna
pro ſanctis qui iam ſunt in requie ⁊ illa eſt gra=
ciarum actio· quia nihil reſtat in eis purgandū·
Altera ꝑ illis animabus· que licet ſaluande ſint
tamen adhuc ſunt in penis· ⁊ ideo pars illa dicit̄
oblatio· Sane particula hoſtie in calice dimiſſa
ſtatim calix cum palla corporali cooperitur· qꝛ
chriſti corpus d̄ cruce depoſitum latuit in ſepul
cro ſindone inuolutum· que per ipſam pallam ſi=
gnificatur· Viceſimo loco videndum eſt· quare
nunc ſolennis benedictio datur· Et quidem hoc
loco ſcꝫ āte pacem ſolennis ep̄alis benedictō da
tur· ad notandum ꝙ pacem nullatenus habere
poſſumus· niſi dominus noſter iheſus chriſtus
preueniat nos in benedictōibꝰ dulcedinis que
ſunt benedictiones gracie ipſius· quia ſcđm p̄s·
Domini eſt ſalus ⁊ ſuper populum ſuum benedi=
ctio ſua· Dum autem epiſcopus ſe ad populū be
nedicendum conuertit· populus reuerenter ge=
nu flectit quaſi ipo facto dicat· Benedicat nos
deus deus noſter ⁊ metuant eum omnes fines
terre· Nam ipe eſt dominus qui ad illius inuoca
tōnem benedicit· Vnde p̄s· Benedixit filijs tuis
in te· Et licet hic ſolenniter benedicatur nihilo=
minus quidem in fine miſſe iterum ſolenniter be
nedicunt· de qua benedictōne ibi dicetur· Tū qꝛ
poſtq̄m dominus ſalutauit apoſtolos iterū dixit
eis· pax vobis· vt iam dictum eſt· ⁊ dicetur ſub
titulo· de pacis oſculo Tum quia ſicut nō poſſu
mus bene incipere vel pacem acquirere niſi diui
ne benedictōnis gracia preueniat· ita nec in bo=
no proficere· nec in pace finaliter pſeuerare· ni=
ſi benedictōnis ſue gracia ſubſequatur· In miſſa
vero pro defunctis pontifex ſolenniter non bene
dicit· Tum quia in illa omnes ſolennitates ceſ=
ſant· Tum quia hec ſolennis benedictio fit nō ſo
lum pro venialium delectatōne· verum etiaꝫ pro
populi excitatōne vt in domi adiutorio confidat·
et benedictum in ſecula confiteatur· ac defuncti
velut abſentes excitari nequeunt· licet poſſint
noſtris ſuffragijs adiuuari · Tum quia gaudiū
non debet luctui admiſceri· Illud autem notādū
eſt· ꝙ per mortem ⁊ in morte domini fidelis ani=
ma benedictōnem percepit· Vnde circa mortis

officium rite diaconus ad eam humiliari inuitat
dicens· Humiliate vos ad benedictōnem· ſtatim
pontifex benedicit· Quidam aſſerunt hoc offici=
um nō eſſe de ſeptem officijs miſſe· eo ꝙ has be
nedictōnes romana non inuenit eccleſia· vn̄ nec
vtitur eis ⁊ ideo non hic ſed in fine miſſe benedi
cit· Sed quicunqꝫ inuenerit recte in hoc loco po
nuntur· vbi xp̄us ad inferos deſcendiſſe repſen=
tatur· ſcꝫ proximo ante reſurrectōnem cum edu
ctis de carcere eternam tribuit benedctōnē· Has
benedictōnes prefigurauit iacob qui filijs ⁊ mo
yſes qui filijs iſrahel· et chriſtus qui diſcipulis
moriens benedixit·

Quia ihesus ſtatim vt ſalutauit apoſto
los vt iam premiſſum eſt dedit eis po=
teſtatem remittendi peccata dicens·
Quorum remiſeritis peccata remittū
tur eis· et quorum retinueritis retenta ſunt· Id=
circo chorus clamat ad deum ⁊ poſtulat Agnꝰ
dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis· Si
quidem iohannes vidēs ihesum ambulantē dixit
Ecce agnus dei· ecce qui tollit peccata mundi·
Quare autem eum vocauerit agnum· determi=
nat ſubdens· qui tollit· id eſt qui venit vt tollerꝫ
peccata mundi quia peccatis tollēdis paſca no=
ſtrum ymolatus eſt criſtus· Nempe in veteri te
ſtamento offerebatur agnꝰ pro peccatis popu=
li· ⁊ in nouo teſtamento · xp̄s obtulit ſeip̄m deo
patri· vt humanum genus liberaret· ⁊ lauaret
a peccatis in ſanguine ſuo· Merito ergo dū cor
pus ⁊ ſanguis domini ſumitur· agnus dei canta=
tur vt omnes credamus· quia ipius agni corpꝰ
et ſanguis tunc ſumitur· quia peccata mūdi mo
riendo tulit· ⁊ vitam eternam nobis reſurgendo
donauit· ihesus xp̄us dominus noſter· ⁊ vt ore=
mus ipſum nunq̄m deſiſtere miſerere nobis· qui
in paſſione miſertus eſt noſtri· Agnus aūt gre
ce dicitur ab agon quod eſt pium· quia ipe verꝰ
agnus ſola pietate ſua ſe obtulit hoſtiam ꝑ no=
bis et nos redemit· Dicit̄ etiā agnꝰ ab innocēcia
quia agnus nec hominibus nec beſtijs nocet· In
premiſſis ergo verbis Agnꝰ dei qui tollis pec
cata mundi miſerere nobis· eſt quedam depre=
catio· vt videlicet innocentis agni miſericordia
peccata irruencia ⁊ ſubitanea auferantur· Ter
cio modo dicitur agnus ab agnoſcendo· quoni=
am in magno grege· ſolo balatu matrem agno
ſcit· ſic et chriſtus in ara crucis donans nob̄ pri
us pacem agnouit nos cura· vt iam dictum eſt·
Agnouit etiam patrem obediencia· iuxta illud·
Apoſtoli ad Ephe· ij· Factꝰ eſt obediens vſqꝫ ad
mortem· Agnouit etiam matrem cura· quaꝫ de
ea habuit· Vnde illud Iohannis viceſimo· Ecce
